8. Ἰστέον, ὅτι καὶ ὁ Θεόφραστος ἐν τοῖς Φυσικοῖς ἀπορεῖ πρὸς τὸν ἀποδοθέντα λόγον τοῦ τόπου ὑπὸ τοῦ Ἀριστοτέλους τοιαῦτα· ὅτι τὸ σῶμα ἔσται ἐν ἐπιφανείᾳ, ὅτι κινούμενος ἔσται ὁ τόπος, ὅτι οὐ πᾶν σῶμα ἐν τόπῳ· οὐδὲ γὰρ ἡ ἀπλανής· ὅτι, ἐὰν συναχθῶσιν αἱ σφαῖραι, καὶ ὅλος ὁ οὐρανὸς οὐκ ἔσται ἐν τόπῳ· ὅτι τὰ ἐν τόπῳ ὄντα μηδὲν αὐτὰ κινηθέντα, ἐὰν ἀφαιρεθῇ τὰ περιέχοντα αὐτὰ, οὐκέτι ἔσται ἐν τόπῳ. Ibidem p. 141. media.

9. Καὶ Θεόφραστος ἐν τοῖς Φυσικοῖς φαίνεται τὴν ἔννοιαν ταύτην ἐσχηκὼς περὶ τοῦ τόπου, ἐν οἷς φησιν ὡς ἐν ἀπορίᾳ προάγων τὸν λόγον· Μήποτε οὐκ ἔστι καθ᾽ αὑτὸ

hominem summa potentia summaque fortuna, sed ignarum, quemadmodum rebus secundis uti conveniret.

Agmen claudat Theophrasti de deo opinio, ita tradita a Cicerone de natura deorum I. c. 13. *Nec vero Theophrasti constantior sententia est: modo enim menti divinae tribuit principatum, modo coelo, tum autem signis sideribusque coelestibus.* ubi editiones pleraeque habent: *Nec vero Th. inconstantia ferenda est: modo enim menti divinum tribuit principatum.* Clemens Alex. in Cohortat. ad Gentes p. 59. v. 17 seqq. ed. Potteri: Ὁ δ' Ἐρέσιος ἐκεῖνος Θ. πῇ μὲν οὐρανὸν, πῇ δὲ πνεῦμα τὸν θεὸν ὑπονοεῖ.

XIX. Ἐκ τῶν Φυσικῶν, καὶ ἐκ τῶν Τοπικῶν.

1. Ἐν τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ τῶν Φυσικῶν οὕτως περὶ τῆς κινήσεως· τὸν μὲν κοινὸν καὶ καθόλου λόγον οὐ χαλεπὸν ἀποδοῦναι καὶ εἰπεῖν, ὡς ἐνέργειά τίς ἐστιν ἀτελὴς τοῦ δυνάμει ὄντος, ᾗ τοιοῦτον καθ' ἕκαστον γένος τῶν κατηγοριῶν, ὃ καὶ διὰ τῆς αἰσθήσεως σχεδὸν φαίνεται. Simplicius in Categ. p. 110. Basil. Compara Fragm. X.

2. Ἔτι δὲ δεῖ πείθεσθαι Θεοφράστῳ· τούτῳ μὲν γὰρ δοκεῖ μὴ χωρίζεσθαι τὴν κίνησιν τῆς ἐνεργείας· εἶναι δὲ τὴν μὲν κίνησιν καὶ ἐνέργειαν, ὡσὰν ἐν αὐτῇ περιεχομένην, οὐκέτι μέντοι καὶ τὴν ἐνέργειαν κίνησιν. Τὴν γὰρ ἑκάστου οὐσίαν καὶ τὸ οἰκεῖον εἶδος ἐνέργειαν εἶναι ἑκάστου, μὴ οὖσαν ταύτην κίνησιν· καὶ γὰρ ἡ τελειότης καὶ ἐν τοῖς νοητοῖς καὶ φύσει ἀκινήτοις εἶναι οὐ κεκώλυται· εἰσὶ δὲ καὶ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς πολλαὶ τοιαῦται, οἷον την [ἡ?] κατὰ τὸ σχῆμα τοῦ ἀνδριάντος· ἕστηκε δὲ τὸ σχῆμα κατὰ τὴν αὐτὴν τελειότητα. Ibid. p. 77. b.

3. Ἐν τοῖς Τοπικοῖς τάδε γέγραφε. — Ἐπεὶ δὲ ἐναντία τῶν ἐναντίων αἱ ἀρχαὶ, δῆλον ὅτι οὐδὲ ἐν ἑνὶ γένει ταῦτα, καθάπερ οὐδὲ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν, καὶ κίνησις καὶ στάσις, εἴη δ' ἂν καὶ ὑπεροχὴ καὶ ἔλλειψις, ἐναντία τε καὶ ἀρχαὶ καὶ εἶδος καὶ στέρησις. Ibid. p. 105. Καὶ παραδείγματα ἐπάγοιεν τὴν μῆνιν καὶ τὴν ὀργὴν καὶ τὸν θυμὸν, ἅπερ φησὶν ὁ Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ παθῶν κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον ἔχειν τὴν διαφορὰν, καὶ μὴ εἶναι ὁμοειδῆ. Ibid. p. 60. b. Καθὸ μὲν αἱ φωναὶ λέξεις, ἄλλας ἔχουσι πρα-

γματείας, ὡς ἐν τῷ περὶ λόγου στοιχείῳ (στοιχείου corr. Fabric.) ὅ τε Θεόφραστος ἀνακινεῖ καὶ οἱ περὶ αὐτὸν γεγραφότες. Ibid. p. 3.

4. Θεόφραστος δὲ συμβεβηκός τι (τὸν χρόνον) καὶ ὁ Ἀριστοτέλης ἀριθμὸν εἰπὼν, ὡς χωριστὸν (τῆς κινήσεως) ἐθεάσατο. Ibid. p. 87. b.

5. Ὡς πρόχειρον εἴληπται τὸ ἀναπόβλητον εἶναι τὴν ἀρετήν· καὶ γὰρ Θεόφραστος περὶ τῆς μεταβολῆς αὐτῆς ἱκανῶς ἀπέδειξε, καὶ Ἀριστοτέλει δοκεῖ, ουκ ἀνθρώπειον εἶναι τὸ ἀναπόβλητον. Ibid. p. 102.

6. Ἐν πρώτῳ τῶν Φυσικῶν περὶ τούτου ζητῶν (τῆς ἀληθείας τῶν φυσικῶν ἀρχῶν) τάδε γέγραφεν. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἄνευ μὲν κινήσεως οὐδὲ περὶ ἑνὸς λεκτέον· πάντα γὰρ ἐν τῇ κινήσει τὰ τῆς φύσεως· ἄνευ δὲ ἀλλοιωτικῆς καὶ παθητικῆς οὐχ ὑπὲρ τῶν περὶ τὸ μέσον, εἰς ταῦτά τε καὶ περὶ τούτων λέγοντας οὐχ οἷόν τε καταλιπεῖν τὴν αἴσθησιν, ἀλλ᾽ ἀπὸ ταύτης ἀρχομένους πειρᾶσθαι χρὴ θεωρεῖν, ἢ τὰ φαινόμενα λαμβάνοντας καθ᾽ ἑαυτὰ, ἢ ἀπὸ τούτων, εἴ τινες ἄρα κυριώτεραι καὶ πρότεραι τούτων ἀρχαί· καὶ κάλλιον οἶμαι τοιοῦτόν τινα τρόπον τὴν ἀπὸ τῶν ἡμῖν γνωριμωτέρων ἐπὶ τὰς ἀρχὰς ἐπίβασιν γίνεσθαι. Simplicius ad Physicam p. 5. b.

7. Ἐν ἀρχῇ τῶν αὐτοῦ Φυσικῶν καὶ ταύτην (τὴν πρότασιν) ἀπέδειξε λέγων· τὸ μέντοι τῶν φυσικῶν ἀρχὰς εἶναι δῆλον ἐκ τοῦ τὰ μὲν φυσικὰ σώματα σύνθετα εἶναι· πᾶν δὲ σύνθετον ἀρχὰς ἔχειν τὰ ἐξ ὧν σύγκειται· ἅπαν γὰρ τὸ φύσει ἢ σῶμά ἐστιν ἢ ἔχει σῶμα· ἄμφω δὲ σύνθετα. Ibidem p. 1. b.

8. Ἰστέον, ὅτι καὶ ὁ Θεόφραστος ἐν τοῖς Φυσικοῖς ἀπορεῖ πρὸς τὸν ἀποδοθέντα λόγον τοῦ τόπου ὑπὸ τοῦ Ἀριστοτέλους τοιαῦτα· ὅτι τὸ σῶμα ἔσται ἐν ἐπιφανείᾳ, ὅτι κινούμενος ἔσται ὁ τόπος, ὅτι οὐ πᾶν σῶμα ἐν τόπῳ· οὐδὲ γὰρ ἡ ἀπλανής· ὅτι, ἐὰν συναχθῶσιν αἱ σφαῖραι, καὶ ὅλος ὁ οὐρανὸς οὐκ ἔσται ἐν τόπῳ· ὅτι τὰ ἐν τόπῳ ὄντα μηδὲν αὐτὰ κινηθέντα, ἐὰν ἀφαιρεθῇ τὰ περιέχοντα αὐτὰ, οὐκέτι ἔσται ἐν τόπῳ. Ibidem p. 141. media.

9. Καὶ Θεόφραστος ἐν τοῖς Φυσικοῖς φαίνεται τὴν ἔννοιαν ταύτην ἐσχηκὼς περὶ τοῦ τόπου, ἐν οἷς φησιν ὡς ἐν ἀπορίᾳ προάγων τὸν λόγον· Μήποτε οὐκ ἔστι καθ᾽ αὑτὸ

οὐσία τις ὁ τόπος, ἀλλὰ τῇ τάξει καὶ θέσει τῶν σωμάτων λέγεται κατὰ τὰς φύσεις καὶ δυνάμεις· ὁμοίως δ' ἐπὶ ζώων καὶ φυτῶν καὶ ὅλως τῶν ἀνομοιομερῶν, εἴτε ἐμψύχων εἴτε ἀψύχων, ἔμμορφον δὲ τὴν φύσιν ἐχόντων· καὶ γὰρ τούτων τάξις τις καὶ θέσις τῶν μερῶν ἐστὶ πρὸς τὴν ὅλην οὐσίαν· διὸ καὶ ἕκαστον ἐν αὐτοῦ χώρᾳ λέγεται τῷ ἔχειν τὴν οἰκείαν τάξιν· ἐπεὶ καὶ τῶν τοῦ σώματος μερῶν ἕκαστον ἐπιποθήσειεν ἂν καὶ ἀπαιτήσειε τὴν ἑαυτοῦ χώραν καὶ θέσιν. Ibidem p. 149. b.

10. Θ. ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἑαυτοῦ Φυσικῶν καὶ καθ' ἕκαστον γένος τῶν κατηγοριῶν τὴν κίνησιν θεωρεῖσθαί φησι γράφων οὕτως· Περὶ δὲ κινήσεως τὸν μὲν καθόλου καὶ κοινὸν λόγον οὐ χαλεπὸν ἀποδοῦναι καὶ εἰπεῖν, ὡς ἐνέργειά τίς ἐστιν ἀτελὴς τοῦ δυνάμει ὄντος ᾗ τοιοῦτον, καθ' ἕκαστον γένος τῶν κατηγοριῶν. [Ἔοικε δὲ καὶ νῦν κίνησιν κοινῶς τὴν μεταβολὴν λέγειν· καὶ γὰρ ὁ ὁρισμὸς ὁ λέγων ἐντελέχειαν τοῦ δυνάμει, ᾗ τοιοῦτόν ἐστιν, οὐ τῆς κυρίως κινήσεώς ἐστιν, ἀλλὰ καὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς καὶ ὅλως πάσης μεταβολῆς. Διὸ καὶ] προελθὼν ὀλίγον ὁ Θ. ζητεῖν δεῖν φησι περὶ τῶν κινήσεων, εἰ αἱ μὲν κινήσεις εἰσίν, αἱ δὲ ὥσπερ ἐνέργειαί τινες. Ibid. p. 201 et 202. Cf. Fragm. I.

11. Ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν περὶ κινήσεως· οἰκειότερον δὲ ὅπερ καὶ λέγομεν καὶ ἔστιν, ἐνέργειαν τοῦ δυνάμει κινητοῦ, ᾗ κινητόν, κατὰ γένος ἕκαστον τῶν κατηγοριῶν, οἷον οὐσίας, ποσοῦ, ποιοῦ, φορητοῦ, τῶν ἄλλων· οὕτω γὰρ ἀλλοίωσις, αὔξησις, φορά, γένεσις, καὶ αἱ ἐναντίαι ταύταις. Ἐν τῷ τρίτῳ δέ, οἶμαι, σαφέστερον ταῦτα γέγραφεν· ἐν μὲν τῷ ἀφορισμῷ τῆς κινήσεως τοσαῦτα φαμὲν αὐτῆς εἴδη, ὅσαι κατηγορίαι· τὴν γὰρ τοῦ δυνάμει ὄντος, ᾗ τοιοῦτον, ἐντελέχειαν, κίνησιν. Καὶ τοῦτο δὲ ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ φησί· τοῦ δὲ πρός τι κίνησις τοῦ μὲν κατὰ λόγον οὐκ ἔστι, τοῦ δὲ κατὰ δύναμιν ἔστιν· ἡ γὰρ ἐνέργεια κίνησίς τε καὶ καθ' αὑτό. Ibid. p. 94. med.

12. Θ. ἐν τρίτῳ τῶν Φυσικῶν ἢ περὶ οὐρανοῦ τὰ γινόμενα διαιρεῖ οὕτως· ἢ γὰρ ὑπὸ ὁμοίου γίνεται, ὡς ἄνθρωπος ὑπὸ ἀνθρώπου, καὶ θερμὸν ὑπὸ θερμοῦ, ἢ ὑπὸ ἐναντίου, ὡς ὁρῶμεν τοὺς κεραυνοὺς καὶ τὰς ἀστραπάς· ὑπὸ γὰρ ψυχρότητος ἡ τούτου τοῦ πυρὸς ἐν τῷ ἀέρι γένεσις, ἀθροίζοντος εἰς ἓν τὸ ἐν αὐτοῖς θερμὸν ἐκπυροῦντος· ἢ τρίτον ὑπὸ ἐντελεχείᾳ ὅλως ὄντος, ὡς καὶ ὁ μαλωψ· ὑπὸ

γὰρ ἐντελεχεία οὔσης τῆς μάστιγος γίνεται, οὔτε δὲ ὁμοίας ἔτι οὔτε ἐναντίας τῷ γινομένῳ· καὶ τὰ ὑπὸ τοῦ ἡλίου δέ φησι γινόμενα ὑπὸ ἐντελεχείας γίνεται· καὶ γὰρ αὐτὸς οὔτε ὅμοιος οὔτε ἐναντίος τοῖς γινομένοις. Ibid. p. 187. vers. finem.

13. Ἐν τῷ πρώτῳ τῶν περὶ κινήσεως λέγει, ὅτι αἱ μὲν ὀρέξεις καὶ αἱ ἐπιθυμίαι καὶ ὀργαὶ σωματικαὶ κινήσεις εἰσὶ καὶ ἀπὸ τούτου ἀρχὴν ἔχουσιν· ὅσαι δὲ κρίσεις καὶ θεωρίαι, ταύτας οὐκ ἔστιν εἰς ἕτερον ἀγαγεῖν, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ ψυχῇ καὶ ἡ ἐνέργεια καὶ τὸ τέλος· εἰ δὲ δὴ καὶ ὁ νοῦς, κρεῖττόν τι μέρος καὶ θειότερον, ἅτε δὴ ἔξωθεν ἐπεισιὼν καὶ παντέλειος. Καὶ τούτοις ἐπάγει· ὑπὲρ μὲν οὖν τούτων σκεπτέον, εἴ τινα χωρισμὸν ἔχει πρὸς τὸν ὅρον· ἐπεὶ τό γε κινήσεις εἶναι καὶ ταύτας ὁμολογούμενον. Ibid. p. 225. post medium.

14. Θ. ἐν τῷ πρώτῳ τῶν περὶ κινήσεως, θαυμαστά, φησίν, φαίνεται κατ' αὐτὴν ὄντα τὴν φύσιν τῆς κινήσεως, οἷον εἰ μὴ ἔστιν αὐτῆς ἀρχή, πέρας δὲ ἐστί· πῶς δὲ τὰ μὲν πέρας ἀδιαίρετον ἐλαμβάνομεν, τὴν δὲ ἀρχὴν ἐπ' ἄπειρον διαιρετέον; δυνατὸν γὰρ τοῖς αὐτοῖς χρωμένον λόγοις καὶ τὸ πέρας τοῦ συνεχοῦς ἐπ' ἄπειρον διαιρετὸν λαβεῖν, καὶ τὴν ἀρχὴν ἀδιαίρετον. Ibid. p. 230. media.

15. Ὁ δὲ νοῦς πῶς ποτε ἔξωθεν ὢν καὶ ὥσπερ ἐπίθετος ὅμως συμφυής; καὶ τίς ἡ φύσις αὐτοῦ; Τὸ μὲν γὰρ μηδὲν εἶναι κατ' ἐνέργειαν, δυνάμει δὲ πάντα, καλῶς· ὥσπερ καὶ ἡ αἴσθησις· οὐ γὰρ οὕτως ληπτέον, ὡς οὐδὲ αὐτός· ἐριστικὸν γάρ· ἀλλ' ὡς ὑποκειμένην τινὰ δύναμιν, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ὑλικῶν· ἀλλὰ τὸ ἔξωθεν ἄρα οὐχ ὡς ἐπίθετον, ἀλλ' ὡς ἐν τῇ πρώτῃ γενέσει συμπεριλαμβάνον θετέον. Πῶς δέ ποτε γίνεται τὰ νοητά, καὶ τί τὸ πάσχειν αὐτόν; δεῖ γάρ, εἴπερ εἰς ἐνέργειαν ἥξει, καθάπερ ἡ αἴσθησις· ἀσωμάτῳ δὲ ὑπὸ σώματος τί τὸ πάθος, ἢ ποία μεταβολή; καὶ πότερον ἀπ' ἐκείνου ἡ ἀρχὴ ἢ ἀπ' αὐτοῦ; τὸ μὲν γὰρ πάσχειν ἀπ' ἐκείνου δόξειεν ἄν· οὐδὲν γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ τῶν ἐν πάθει· τὸ δὲ ἀρχὴν πάντων εἶναι, καὶ ἐπ' αὐτῷ τὸ νοεῖν καὶ μή, ὥσπερ ταῖς αἰσθήσεσιν, ἀπ' αὐτοῦ. Τάχα δ' ἂν φανείη καὶ τοῦτο ἄτοπον, εἰ ὁ νοῦς ὕλης ἔχει φύσιν μηδὲν ὤν, ἅπαντα δὲ δυνατός· καὶ τὰ ἐφεξῆς μακρὸν ἂν εἴη παραθέσθαι, καίτοι μὴ μακρῶς εἰρημένα, ἀλλὰ λίαν συντόμως τε καὶ βραχέως τῇ γε λέξει. Ἔστι δὲ ἐν τῷ

πέμπτῳ τῶν Φυσικῶν, δευτέρῳ δὲ τῶν περὶ ψυχῆς, ἐξ ὧν ἁπάντων δῆλόν ἐστιν, ὅτι καὶ περὶ τοῦ δυνάμει νοῦ σχεδὸν ταὐτὰ διαποροῦσιν, εἴτε ἔξωθέν ἐστιν εἴτε συμφυής. Themistius ad librum 3. de anima p. 91. post initium.

16. Θεόφραστος δὲ τὴν αἰτίαν τῆς κινήσεως τῆς λοξῆς τοῖς ἀνέμοις φησὶ γίνεσθαι, διὰ τὸ μὴ ἁπλῶς αὐτοὺς ἐκ ξηρᾶς καὶ θερμῆς ἀναθυμιάσεως γίνεσθαι· ἄνω γὰρ ἂν ἐφέροντο. Alexander Aphrod. in Meteorol. p. 100. b.

Θεόφραστος τὸν Προμηθέα φησὶ σοφὸν γενόμενον μεταδοῦναι πρῶτον τοῖς ἀνθρώποις φιλοσοφίας· ὅθεν καὶ διαδοθῆναι τὸν μῦθον, ὡς ἄρα πυρὸς μεταδοίη. Scholium ad Apollonii Rhodii 2. vers. 1248.

Θεόφ. ἐν τῇ πρὸς Φανίαν ἐπιστολῇ καὶ ὄνον φησὶν αὐτὸν (τὸν ἴουλον) καλεῖσθαι. Idem ad 1. v. 972. Eandem epistolam nominat Diogenes Laert. 5, 37. οὗτος τά τε ἄλλα καὶ περὶ δικαστηρίου τοιαῦτα διείλεκται ἐν τῇ πρὸς Φανίαν τὸν περιπατητικὸν ἐπιστολῇ. Οὐ γὰρ ὅτι πανήγυριν, ἀλλ' οὐδὲ συνέδριον ῥάδιον, οἷόν τις βούλεται, λαβεῖν· αἱ δὲ ἀναγνώσεις ποιοῦσιν ἐπανορθώσεις· τὸ δὲ ἀναβάλλεσθαι πάντα καὶ ἀμελεῖν οὐκέτι φέρουσιν αἱ ἡλικίαι. Ἐν ταύτῃ τῇ ἐπιστολῇ σχολαστικὸν (ἑαυτὸν?) ὠνόμακε. Ubi iudicium videtur dici consessus virorum doctorum, cui legere et exhibere iudicandos libros suos solebat, ut videtur, Theophrastus.

XX. Ἐκ τῆς φυσικῆς ἱστορίας.

Θ. ἐν τῇ φυσικῇ ἱστορίᾳ γράφει (περὶ Ἀναξαγόρου) οὕτως· Οὕτω μὲν οὖν λαμβανόντων, δόξειεν ἂν ποιεῖν τὰς μὲν ὑλικὰς ἀρχὰς ἀπείρους, ὡς εἴρηται· τὴν δὲ τῆς κινήσεως καὶ τῆς γενέσεως αἰτίαν μίαν· εἰ δέ τις τὴν μίξιν τῶν ἁπάντων ὑπολάβοι μίαν εἶναι φύσιν ἀόριστον καὶ εἶδος καὶ κατὰ μέγεθος, ὅπερ ἂν δόξειε βούλεσθαι λέγειν, συμβαίνει δύο τὰς ἀρχὰς αὐτῷ λέγειν, τήν τε τοῦ ἀπείρου φύσιν καὶ τὸν νοῦν· ὥστε πάντως φαίνεται τὰ σωματικὰ στοιχεῖα παραπλησίως ποιῶν Ἀναξιμάνδρῳ. Simplicius ad Physic. p. 33. post mediam.

XXI. Περὶ Μεταρσίων.

Θ. ἐν τετάρτῃ περὶ Μ. εἴρηκε κατὰ λέξιν· ἐπεὶ καὶ αἱ πλωϊάδες αὗται νεφέλαι καὶ αἱ συνεστῶσαι, ἀκίνητοι δὲ καὶ τοῖς χρώμασιν ἔκλευκοι, δηλοῦσι διαφορὰν τινα τῆς ὕλης, ὡς οὔτε ἐξυδατουμένης οὔτε ἐκπνευματουμένης. Plutarchi Quaest. graecae c. 7.

Idem Theophrasti τὰ πρὸς τοὺς Φυσικοὺς laudavit c. Colotem c. 14. p. 162. Hutten.

XXII.

1. Ὀστρακισθῆναι πρῶτον Ἀθήνησι Θησέα ἱστορεῖ Θ. ἐν τοῖς πρώτοις καιροῖς. Suidas sub v. Ἀρχὴ Σκυρία. ubi vide Kusteri annotationem. Excerpsit locum Apostolius Adag. 4, 31.

2. Ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσιν. — Ἀριστοτέλης καὶ Θ. Βίαντος εἶναί φασιν. Idem sub his vocibus, et Apostolius 4, 51. qui addit ἐν τῷ παροιμιακῷ.

3. Γλώσσῃ ματαίᾳ ζημία προστρίβεται· Αἰσχύλου (Promethei v. 329.) τὸ μὲν ἀπόφθεγμα Βίαντος, ὡς παροιμία δὲ λαμβάνεται, ὡς μαρτυρεῖ Θ. ἐν τῷ περὶ παροιμιῶν. Apostolius Adag. 6, 36.

4. Θ. Παρμενίδου φησὶ ζηλωτὴν τὸν Ἐμπεδοκλῆ γενέσθαι καὶ μιμητὴν ἐν τοῖς ποιήμασι· καὶ γὰρ ἐκεῖνον ἐν ἔπεσι τὸν περὶ φύσεως λόγον ἐξενεγκεῖν. Diogenes Laert. 8, 55.

5. Idem 9, 21. in Parmenide: τοῦτον Θ. ἐν τῇ ἐπιτομῇ Ἀναξιμάνδρου φησὶν ἀκοῦσαι. et sect. 22. καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸν νοῦν ταὐτὸν εἶναι, καθὰ μέμνηται καὶ Θ. ἐν τοῖς Φυσικοῖς, πάντων σχεδὸν ἐκτιθέμενος τὰ δόγματα.

Theophrasti librum Μεγαρικὸν nominat et narrationem de Diogene Cynico a mure vitae rationem instituendae edocto tradit idem Diogenes 6, 22.

XXIII. Περὶ Ῥητορικῆς.

Δίκαιον Θ. παράδειγμα ἐκτέθειται μεγαλοπρεπείας τὸ τοιοῦτον κῶλον· τῶν μὲν περὶ τὰ μηδενὸς ἄξια φιλοσο-

quae constant insulae in Lydia natant. Idem ibid. Cf. Varro R. R. 3, 17, 4. Strabo 13. p. 469. Lips.

4. Th. est auctor, in Ponto quoque quosdam amnes crescere tempore aestivo: quatuor autem esse iudicant causas. Aut quia tunc maxime in humorem mutabilis terra est, aut quia maiores in remoto imbres sunt, quorum aqua per secretos cuniculos reddita tacite suffunditur. Tertia, si crebrioribus ventis ostium caeditur et reverberatur fluctu, amnis restitit: qui crescere videtur, quia non effunditur. Quarta ratio est siderum: haec enim quibusdam mensibus magis urgent et exhauriunt flumina: quum longius recesserunt, minus consumunt atque trahunt. Itaque quod impendio solebat, id incremento accedit. Idem ibid. c. 26.

XXV.

1. Lapicidinas Cadmus Thebis, aut, ut Theophrastus, in Phoenice invenit. — Turres, ut Aristoteles, Cyclopes, Tirynthii, ut Theophrastus. — Aes conflare et temperare Aristoteles Lydum Scythen monstrasse, Theophrastus Delam Phrygem putat. — Picturam in Aegypto Gyges Lydus, in Graecia vero Euchir Daedali cognatus, ut Aristoteli placet, ut Theophrasto, Polygnotus Atheniensis. Plinius h. n. 7. c. 56. sect. 57. Videtur excerptus esse locus e libro περὶ εὑρημάτων.

2. Theophrastus tradit, invectitias esse in Asia columbas et pavones et corvos, et in Cyrenaica vocales ranas. Idem 10. c. 29. s. 41.

3. Theophrastus prodit, boves quoque pisce vesci, sed nonnisi viventa. Idem 11. c. 53. s. 116.

4. Theophrastus celerius concoqui dextri lateris incubitu, difficilius a supinis. Idem 28. c. 4. s. 14.

5. Th. in Thuriis Crathim candorem facere, Sybarim nigritiam bobus ac pecori. — Theophr. hoc idem fieri in Aethiopia eiusdem nominis fonte. (explere olei vicem fontem.) — Th. Marsyae fontem in Phrygia ad Celaenarum oppidum saxa egerere. Idem 31. c. 2. s. 9. 13. et 16.

6. In aqua Stygis esse pisces parvos tradit Th. letales et ipsos, quod non in alio genere mortiferorum fontium. Idem ibid. s. 19.

quibus alimentum ex proximo est: fluminum vero vis ex intimo manat, ultraque excipitur, quam radicibus evagari licet. Deinde succisae arbores plus humoris desiderant: non enim id, quo vivant, sed quo crescant, trahunt. Idem ait circa Arcadiam, quae urbs in Creta insula fuit, fontes et rivos substitisse, quia desierit coli terra, diruta urbe: postea vero quam cultores receperit, aquas quoque recepisse. Causam siccitatis hanc ponit, quod obduruerit constricta tellus, nec potuerit imbres inagitata transmittere. Quomodo ergo plurimos videmus in locis desertissimis fontes? Seneca Quaest. nat. 3. c. 11. Indidem Plinius 31. c. 4. Nascuntur fontes decisis plerumque silvis, quos arborum alimenta consumebant, sicut in Haemo, obsidente Gallos Cassandro, cum valli gratia silvas cecidissent. Plerumque vero damnosi torrentes corrivantur, detracta collibus silva, continere nimbos ac digerere consueta. Et coli moverique terram, callumque summae terrae cutis solvi, aquarum interest. Proditur certe in Creta expugnato oppido, quod vocabatur Arcadia, cessasse fontes, amnesque, qui in eo situ multi erant; rursus condito post sex annos emersisse, uti quaeque coepissent partes coli. Terrae quoque motus profundunt sorbentque aquas: sicut circa Pheneum Arcadiae quinquies accidisse constat. Sic et in Coryco monte amnis erupit, posteaque coeptus est coli. Illa mutatio mira, cui causa nulla evidens apparet, sicut in Magnesia calidas factas frigidas, salis non mutato sapore. Et in Caria, ubi Neptuni templum est, amnis, qui fuerat ante dulcis, mutatus in salem est. — Mutantur et colores aquarum, sicut Babylone lacus aestate rubras habet diebus XI. Et Borysthenes aestatis temporibus coeruleus fertur, quanquam omnium aquarum tenuissimus, ideoque innatans Hypani. In quo et illud mirabile, Austris flantibus superiorem Hypanin fieri. Sed tenuitatis argumentum et aliud est, quod nullum halitum, non modo nebulam emittat. Qui volunt diligentes circa hoc videri, dicunt, aquas graviores post brumam fieri. Vide Fragm. II. περὶ ὑδάτων.

2. In Macedonia quoque, ut ait Th., est flumen, ad quod, qui facere albas oves volunt, adducunt: quod ut diutius potavere, non aliter quam infectae mutantur. At si illis lana opus fuerit pulla, paratus gratuitus infector est; ad Peneion eundem gregem appellunt. Idem ibid. c. 25.

3. Lapides sunt multi pumicosi et leves, ex quibus

despicior. Cur aspiciebas vicinam? Quid cum ancillula loquebaris? De foro veniens quid attulisti? Non amicum habere possumus, non sodalem. Alterius amorem suum odium suspicatur. Si doctissimus praeceptor in qualibet urbium fuerit, nec uxorem relinquere, nec cum sarcina ire possumus. Pauperem alere difficile est, divitem ferre tormentum. Adde, quoniam nulla est uxoris electio, sed qualiscunque obvenerit, habenda, si iracunda, si fatua, si deformis, si superba, si foetida, quodcunque vitii est, post nuptias discimus. Equus, asinus, bos, canis et vilissima mancipia, vestes quoque et lebetes, sedile ligneum, calix et urceolus fictilis probantur prius et sic emuntur: sola uxor non ostenditur, ne ante displiceat, quam ducatur. Attendenda semper eius est facies, et pulchritudo laudanda: ne, si alteram aspexeris, se existimet displicere. Vocanda domina, celebrandus natalis eius, iurandum per salutem illius; ut sit superstes, optandum [8]), honoranda nutrix eius, et gerula, et servus, patrinus [9]), et alumnus, et formosus assecla, et procurator calamistratus, et in longam securamque libidinem exectus spado: sub quibus nominibus adulteri delitescunt. Quoscunque illa dilexerit, ingratis amandi. Si totam domum regendam ei [10]) commiseris, serviendum est. Si aliquid tuo arbitrio reservaveris, fidem sibi haberi non putabit, sed [11]) in odium vertetur [12]) ac iurgia: et nisi cito consulueris, parabit venena. Anus et aruspices [13]) et hariolos et institores gemmarum sericarumque vestium si intromiseris, periculum pudicitiae est; si prohibueris, suspicionis iniuria. Verum quid prodest etiam diligens custodia, quum uxor servari impudica non possit, pudica non debeat? Infida enim custos est castitatis necessitas: et illa vere [14]) pudica dicenda est, cui licuit peccare, si voluit. Pulchra cito adamatur, foeda facile concupiscit. Difficile custoditur, quod plures amant. Molestum est possidere, quod nemo habere dignetur [15]). Minore tamen miseria deformis habetur, quam formosa servatur. Nihil tutum est, in quod [16]) totius populi vota suspirant. Alius forma, alius ingenio, alius facetiis, alius liberalitate sollicitat. Aliquo modo vel aliquando [17]) expugnatur, quod undique incessitur. Quod

8) orandum V. 9) paternus V. 10) om. V. 11) et V. 12) vertitur V. 13) aurifices V. 14) Illa vero V. 15) dignatur. Minori V. 16) quo V. 17) vel al. om. V.

si propter dispensationem domus et languoris solatia et fugam solitudinis ducuntur uxores, multo melius servus fidelis dispensat, obediens auctoritati domini, et dispensationi [18]) eius obtemperans, quam uxor: quae in eo se existimat dominam, si adversum [19]) viri faciat voluntatem, id est, quod placet, non quod iubetur. Assidere autem aegrotanti magis possunt amici et [20]) vernulae beneficiis obligati, quam illa, quae nobis imputat [21]) lachrymas suas, et haereditatis spe vendit illuviem [22]); et sollicitudinem iactans languentis animum desperatione conturbat [23]). Quodsi ipsa [24]) languerit, coaegrotandum est, et nunquam ab eius lectulo recedendum. Aut, si bona fuerit et suavis uxor, quae tamen rara avis est, cum parturiente gemimus, cum periclitante torquemur. Sapiens autem nunquam solus esse potest: habet secum omnes, qui sunt, qui unquam [25]) fuerunt boni, et animum liberum quocunque vult transfert. Quod corpore non potest, cogitatione complectitur. Et si hominum inopia fuerit, loquitur cum deo. Nunquam minus solus erit, quam cum solus fuerit. Porro liberorum causa uxorem ducere, ut vel nomen nostrum non intereat, vel habeamus senectutis praesidia, et certis utamur haeredibus, stolidissimum est. Quid enim ad nos pertinet recedentes e mundo, si nomine nostro alius nominetur [26]), quum et filius non statim patris vocabulum referat, et innumerabiles sint, qui eodem appellentur [27]) nomine? Aut quae senectutis auxilia sunt, enutrire [28]) domi, qui aut prior te forte moriatur, aut perversissimis [29]) sit moribus? aut certe, quum ad maturam aetatem venerit, tarde ei videaris mori? Haeredes autem meliores et certiores amici sunt et propinqui, quos iudicio deligas [30]), quam quos velis nolis habere cogaris. Licet certior [31]) haereditas sit, dum advivis, bene abuti [32]) substantia tua, quam tuo labore quaesita in incertos usus relinquere. Haec et huiuscemodi Theophrastus disserens quem non suffundat [33]) Christianorum?

Ὅτι ὁ Θεόφραστος ἀντιλέγει τῷ Πλάτωνι περὶ τοῦ μὴ εἶναι ἀληθῆ καὶ ψευδῆ ἡδονήν, ἀλλὰ πάσας ἀληθεῖς. Εἰ

18) dispositioni V. 19) adversus V. 20) amici et om. V. 21) imputet V. 22) vendat ingluviem V. 23) conturbet, omisso desperatione V. 24) ipsa om. V. 25) quicunque V. 26) non vocetur V. 27) appellantur V. 28) nutrire V. 29) perversis moribus sit V. 30) eligas V. 31) certa V. 32) uti V. 33) q̄ oro suffundant V.

γὰρ ἐστί τις, φησὶν, ἡδονὴ ψευδὴς, ἔσται τις ἡδονὴ οὐχ ἡδονή· ἢ μάλιστα μὲν οὐδὲν συμβήσεται τοιοῦτον· καὶ γὰρ ἡ ψευδὴς δόξα οὐδὲν ἧττον δόξα· εἰ δὲ καὶ συμβαίη τι ἄτοπον, τὴν ἐσχάτην ἡδονὴν δοκοῦσαν εἶναι μὴ εἶναι ἡδονήν· ἐπεὶ καὶ ὄντι· ἄλλως οὐκ ὂν ἁπλῶς οἷον τὸ γεννητὸν, οὐχ ὅπερ ὄν. Καὶ γὰρ Ἀριστοτέλης τινὰς ἡδονὰς πρός τε εἶναι ἡδονὰς ἀξιοῖ, καὶ οὐχ ἁπλῶς· οἷον τὰς τῶν νοσούντων καὶ τῷ πικρῷ χρωμένων ὡς γλυκεῖ. Ἔτι φησὶν ὁ Θεόφραστος τριχῶς τὸ ψεῦδος· ἢ γὰρ ὡς ἔθος ἐπίπλαστον, ἢ ὡς λόγος, ἢ ὡς πρᾶγμά τι ὄν. Κατὰ τί οὖν, φησὶν, ἡ ἡδονὴ ψευδής; οὔτε γὰρ ἦθος ἡδονὴ, οὔτε λόγος, οὔτε ὂν, οὐκ ὄν· τοιοῦτον γὰρ τὸ πρᾶγμα τὸ ψευδὲς, ἐν τῷ μὴ εἶναι χαρακτηριζόμενον. Ἢ ῥητέον, ὅτι κατὰ τοὺς τρεῖς διορισμοὺς ἐστι ψευδὴς ἡ ἡδονή· καὶ γὰρ ἐπίπλαστος ἡ τοῦ ἐπιπλάστου ἤθους, καὶ ἄλογος, ἡ ἀντὶ τοῦ ἀληθοῦς εἰς τὸ ψεῦδος ἀποπλανηθεῖσα δόξα καὶ τούτῳ ἐφηδομένη· καὶ μὴ οὖσα, ἡ κατὰ ἀπουσίαν τοῦ λυπηροῦ φανταζομένη (ἡ) ἡδονὴ, καὶ ταῦτα μὴ παρόντος ἡδέος; Olympiodori commentar. ad Platonis Philebum p. 269. ubi verba ἐπεὶ καὶ ὄντι· ἄλλως — ἁπλῶς οἷον, ita fortasse scribenda et distinguenda sunt: ἐπεὶ καὶ ὄν τι, ἀλλ'. ὡς οὐκ ὂν ἁπλῶς, οἷον τὸ γεννητὸν οὐχ ὅπερ ὄν.

DE

AVCTORITATE,

INTEGRITATE, ARGVMENTO, ORDINE, METHODO

ET

PRETIO LIBRORVM

DE

HISTORIA ET CAVSIS PLANTARVM.

DE AVCTORITATE, INTEGRITATE, ARGVMENTO, ORDINE, METHODO ET PRETIO LIBRORVM DE HISTORIA ET CAVSIS PLANTARVM.

§. 1.

Unde profectus quid consilii in conscribenda historia de plantis Theophrastus fuerit secutus, ex ipsa operis inspectione et consideratione, comparati cum historia Aristotelica de animalibus, quod magistri exemplum discipulus imitatus esse videtur, facile est coniectura assequi. Viam quoque et rationem videmus, qua uterque cum in animalium tum in plantarum historia explicanda perrexit usque ad rerum causas investigandas atque interpretandas. Praescriptionem autem legis, quam sibi ipse dixerat, ingenio suo inventam, in ordinandis, coniungendis, explicandis, augendis atque emendandis notitiis non solum a variis scriptoribus traditis, sed etiam ex ipsa naturae investigatione collectis, Aristoteles ipse diligenter exposuit in libro, quem praepostere Editiones vulgatae librum primum numerant de partibus animalium. Locum ei suum primus nuperrime assignavit universitatis literariae Pragensis Doctor *Francisc. Nicol. Titze* eumque passim emendatum versione et annotationibus illustravit. Quaeri autem potest, eademne lex et methodus utrique doctrinae conveniat, an diversa ratio historiae plantarum ordinandae atque explicandae potius invenienda fuerit. E natura huius quaestionis iusta nascitur dubitatio, num magistri legem, animalium historiae praescriptam, discipulus per omnes doctrinae partes in historia plantarum condenda executus fuerit, an diversa utriusque disciplinae natura et conditio discipulum deflectere a via recta magistri, et per divortia et compendia quaedam analogiae et similitudinis causas et verum quaerere coegerit. Quid enim? Nonne videmus, quantum intersit inter eam cognitionem, quae vestigatione non adeo operosa et difficili de corporis humani partium externarum et internarum fabrica et muneribus, causisque sanitatis, morborum et mortis acquiri potest, atque eam notitiam naturae et virium plantarum, quam vulgus agri-

P 2

colarum, hortulanorum, rhizotomorum, fabrorum lignariorum, pharmacopolarum et medicorum vel diligentia culturae vel usu et experimentis collectam hucusque secutum est, partim etiam monumentis literarum proditam habemus? Maxime vero omnium ad hunc usque diem non tam in cognitione partium internarum, quas perspicacia pertinax virorum doctorum oculis vitro armatis persecuta est, quam in earum muneribus usque explicandis laboramus dubiique haeremus; necdum emolumenti conspicui et confessi multum ad naturam et officia partium internarum cognoscenda vel omnino ad usum culturae hortensium et silvaticarum plantarum e diligentissima anatomorum botanicorum vestigatione redundavit. Quid igitur miramur, Theophrastum, ubi secutus legem et ordinem a magistro praescriptum ad partium internarum naturam explicandam pervenerat, confugisse ad similitudinem et comparationem animalium, quae usque ad hunc diem varie et tentata et reprobata tot tantosque in natura plantarum, tantopere diversa ab animalium natura, erroret peperit? cum partium internarum munera et usus multo difficilius atque obscurius in structura dissimillima agnosci possint, nec fere aliter investigari nisi culturae curiosae experimentis operosis, per annos continuatis et mirum in modum variatis. In loco vero principe et parte nobilissima physiologiae plantarum, quae est de generatione, quanquam parum abfuit, quin in palmae et mali Medicae floribus partes genitales agnosceret, si ad diligentem florum aliorum naturae, singulos per gradus perfectiorum plantarum pedetentim descendentis, comparationem propria experimenta accessissent, notitia tamen ab aliis tradita contentus quaerere supersedit, quid veri inesset opinioni Empedoclis a magistro etiam repetitae, qui non solum semina plantarum cum ovis animalium comparaverat, sed etiam sexum utrumque, qui in animalium genere divisus corporibus sit, in plantis in uno eodemque corpore coniunctum esse statuerat. Manifestum hinc fit, Theophrastum in ea parte historiae plantarum, quae partes earum internas tractat, longissimo intervallo a magistri exemplo distare oportuisse, neque omnino libros de causis plantarum cum magistri libris de partibus, generatione, respiratione, vigilia et somno, vita et senectute animalium, quos vulgo Parvorum Naturalium nomine comprehendunt, posse comparari. Accedit, quod magister praeter ingenium multo perspicacius in elaboranda historia animalium adiutus fuit et sublevatus subsidiis Alexandri liberalitate undique ad eum congestis, quorum usum diligentissima

sectione, investigatione et comparatione animalium cognitorum inter se invicem, adeoque partium verbis difficulter explicandarum picturis ad historiam perficiendam fructuosissimum reddidit. Theophrastus contra praeter praecepta et doctrinam a magistro acceptam, et notitias e physiologis, velut Empedocle, eiusque discipulo Menestore, Democrito, Clidemo similibusque, et rei rusticae et hortorum culturae scriptoribus, partim etiam ex itinerariis civium suorum, praecipue Alexandri comitum, collectas parum admodum e proprio usu experientiaque sua ad ordinandam et condendam historiam plantarum earumque causas explicandas attulisse videtur; quod manifestum facit praecipue repetita toties formula solennis περὶ τούτων ἐπισκεπτέον, vel τοῦτο σκεπτέον, etiam in dubitatione ea, quam non tam difficile erat vel inquisitione accurata vel experimento tollere. Nam quod quidam aiunt, Theophrastum hortum plantis refertum coluisse cum Demosthene Phalereo, scholae legatum in testamento a Diogene Laertio servato, mihi quidem mentio horti ibi facta parum valere videtur ad scientiam propriis experimentis partam a Theophrasto comprobandam. Atque ita iam reiicimur ad quaestionem primo loco propositam, quid consilii Theophrastus, ab usu rei herbariae et experientia destitutus, in condenda plantarum historia fuerit secutus.

§. 2.

Notitias vulgares et communes, undique collectas, cum nominibus plantarum in usum civium suorum receptis digerere, ordinare et in formulam doctrinae redigere voluisse Theophrastum, multis argumentis cognoscimus. Atque haec causa fuit, quae eum nomina saepe cum pluribus plantis propter aliquam vel formae vel virium similitudinem communicata adhibere atque usurpare coegit. Quo nomine saepe reprehensus Theophrastus facillimam tamen et iustam habet excusationem. Scilicet homo Graecus Graecis scripsit, quibus si prodesse voluit, sermone eo debuit uti, qui ab omnibus, certe civibus Atticis, posset intelligi. Videmus enim exemplo systematicorum rei herbariae scriptorum nostri aevi, e sermone non solum peregrino, sed saepius barbaro et plerumque imperite ficto et ad similitudinem aliquam graeci conformato, quo plerique omnes hodie utuntur, nihil commodi ad publicam et communem vel cognitionem rei herbariae vel culturam earum agrariam et hortensem redundasse, neque unquam redundare posse, nisi quis interpres inter-

veniat, qui sermone populari notitias collectas et doctrinae praecepta contracta et declarata exemplis ad usum communem transferat. Incommodum vero illud, quod viri docti multi in scriptis Theophrasti reperisse sibi videntur, et in maius auctum toties accusant, potius mihi testimonium contra lectorum socordiam et levitatem perhibere videtur. Meminisse enim debebant, Theophrastum ubique nominibus Atticis plantarum uti, veluti brassicam *ῥάφανον* nominat, quam dialecti ceterae *κράμβην*. Deinde si quando vel invitus nominibus plantarum eiusmodi utitur, quae cum pluribus generibus diversis communicata fuerunt, tum vero vel ipse locus atque ordinis ac generis descriptio satis docet, plantam synonymam pertinere ad aliud genus. Exempli causa *ἴον*, *ἄνθεμον*, *σχῖνον* et *ἀμάρακον* nomino. Praeterea ubi plures uno in loco nominare vel enarrare cogitur, saepiuscule ipse lectorem de *ὁμωνυμίᾳ*, ne nominum communione fallatur, admonet, velut in historia hellebori nigri et albi, strychni generibus diversis et aliis facit. In paucis dubius adhuc haereo, cuinam causae assignem nominis variationem, veluti cum castaneam nucem *Διὸς βάλανον*, interdum aut *κάρυον Εὐβοϊκὸν* aut *καστανάϊκον* appellat. Hoc vero unum exemplo magistri confisus licere et sibi in condenda plantarum historia putavit, uti classium familiarumque atque omnino plantarum earum, quibus aliqua vel formae vel naturae similitudo et cognatio est, nomina nova ipse inveniret, pluresque numero eodem nomine comprehenderet, quo melius multitudo similium uno veluti conspectu agnosci et natura earum designari posset. Huc pertinent vocabula a florum similitudine deducta, *κολοβοανθῆ*, quo nomine flores papilionaceos a botanicis nostris dictos appellare solet, alia genera a floris similitudine *ἀνθώδη* vel *διανθῆ* vel *βρυώδη*, quaedam a radicum forma simili *βολβώδη* vel *κεφαλόῤῥιζα* vel *σαρκόριζα* et *φλοιόῤῥιζα*, alia *μετεωρόῤῥιζα* et *ἐπιπολαιόῤῥιζα*, quaedam a caulium forma et durationis tempore *ἐπετειόκαυλα*, *ναρθηκώδη* et *ἐγκευρόκαυλα*, a foliorum similitudine *κιχωριώδη* et *πηγάνια*, a fructus forma *βαλανώδη* et *καρυώδη*, a seminum simplici natura aut composita *μονόθυρα* et *δίθυρα*, a formae atque habitus totius similitudine, vitae duratione atque usu humano *ποώδη*, *σιτώδη*, *φρυγανικά*, *θαμνώδη*, *δένδρα* distinxit, atque haec ipsa *δένδρα* in *ἀλσώδη*, *φίλυδρα*, *πάρυδρα*, *φιλόψυχρα* aliisque vocabulis separata designavit. A vitae brevitate vel diuturnitate *ἐπέτεια*, *ἐπετειόκαυλα*, *χρονιώτερα*, *θερινά*, ab usu humano *λαχανηρὰ* vel *λαχανικὰ* vel

λαχανώδη, *σιτώδη*, *στεφανώματα* vel *στεφανωματικὰ* appellavit. Quorum nominum partem maximam ipse invenisse Theophrastus videtur, aut, si quae vulgari fuerant in usu, significationem eorum certis finibus ita terminavit, uti commode in usum doctrinae de plantis ea adhibere posset.

Multum diversa est ratio et natura doctrinae vel potius farraginis Dioscoridis, qui natione Cilix nominibus plantarum nudis saepe defungitur, nulla addita formae et speciei nota, quae cui Graeciae populo et dialecto propria fuerint, hodie ignoramus. Plures is commemoravit eodem quo Theophrastus nomine, quas tamen genere et natura diversas convincere possumus. In multitudine nominum, quam ipse vel veterum Grammaticorum male sedula curiositas adiecit, certe haec immodice auxit, interdum vetustiora Theophrastea licet agnoscere, in aliis nihil simile reperimus. Ordo vero doctrinae Dioscorideae talis fere est, qualem is non tam cognoscendae plantarum naturae congruere, sed quem usibus pharmacopolarum et medicorum accommodatissimum esse existimavit. *) Eadem cantilena in Plinii libris repetenda est, qui non solum ex eodem fonte quo Dioscorides notitias de plantis hausit, sed etiam Theophrasti doctrinam in latinum sermonem translatam saepe cum graecis vel Dioscorideis vel communis auctoris verbis confudit, ita ut Plinii auctoritate in iudicanda scripturae varietate aut nunquam aut raro uti liceat. Hoc autem Plinii exemplum pessimum imitatus est interpres Theophrasti latinus, Theodorus Gaza, qui cum

*) Quam in rhizotomis ad usum medicorum plantas legentibus legem scripsit in Praefatione, utinam observarent botanici omnes, qui gloriam in augendo novarum specierum numero quaerunt: *Cui in animo est harum peritiam assequi, eum oportet tum primo germinatu e terra prorumpentibus tum adultis atque etiam flaccescentibus adesse. Nec enim qui tantummodo pullulanti herbae astiterit, eandem adultam nosse poterit, nec qui adultam viderit, recens erumpentem agnoscat. Quo fit, ut propter mutatam foliorum faciem ac caulium, florum fructuumque magnitudinem et id genus alias peculiares notas magno in errore interdum versentur, qui non ita studiose singula fuere contemplati. — Ergo qui saepius et multis in locis illa observaverit, eorum etiam cognitionem maxime consequetur.* Hanc autem legem a legentibus herbas observandam recte is dixit, in describendis autem plantis nec ipse secutus est, et qui eam ubique exsequi volet, nae is lectores taedio enecabit, et artem longam faciet scribendo, quam praepostero ordine et perverso quidam observando in compendium redigere et brevem facere conantur.

natione Graecus esset, summam tamen laudem elegantiae sermonis latini in interpretandis Aristotelis et Theophrasti libris affectavit, quam aliter consequi se non posse, nisi Plinii verbis uteretur, ubi verba Theophrasti latine reddenda erant, existimavit. Itaque in locis plerisque vitiosis et lacunosis interpretationis Gazae auctoritas, quae facta fuit e libro scripto prius, quam graeca verba typis excusa fuerant, non maior est quam Plinii; sed utraque longe maiorem critico interpreti creat molestiam, quam utilitatem praestat.

Praeter hos tres rei herbariae scriptores principes nihil scripti ex antiquitate graeca et romana superest, unde incrementa et detrimenta rei herbariae paulatim facta coniectura consequi possimus, quanquam detrimenta quidem satis aperta patent ex eo tempore allata botanicae disciplinae, quo scholae peripateticae rectores et discipuli ab exemplo Aristotelis et Theophrasti subito ita desciverunt, ut deserta doctrina et historia de animalibus et plantis curam et operam omnem in studio physices collocarent, et, si quando opus haberent notitia plantarum, traditas ab aliis vel adeo vulgares opiniones repeterent et sequerentur. Hic vero locus admonere me videtur, ut de temporum iniuria conquerar, quae nobis invidit libros Phaniae Eresii, civis et amici Theophrasti, qui plures physiologiae plantarum partes accuratius investigasse et literis consignasse videtur, quantum equidem e paucis librorum eius reliquiis ab Athenaeo excerptis existimare possum.

Atque haec in universum de consilio Theophrasti et methodo, quam in historia plantarum condenda fuit secutus, dicta sufficiant; plura paulo postea dicentur, ubi particulatim recensebo ea, quae a Iulio Scaligero et Accorambono in ordine et ratione doctrinae Theophrasteae reprehensa fuerunt.

§. 3.

Proximus est locus quaestionis de numero, ordine atque integritate librorum Theophrasti de plantis. De ceteris enim satis nunc constat, testimoniis quoque scriptorum veterum, Excerpta nos habere vel a Photio patriarcha vel ab aliis tempore incerto facta, partim iterum contracta ab aliis ita, ut corporis nuda ossa sine carne et sanguine nobis relicta sint. Quod detrimentum pertinere etiam ad Characteres morum, non solum exemplo reliquorum librorum, sed testimonio etiam Codicis Palatini multo auctioris manifestum et certum videtur

esse. Libelli vero de igne Excerpta plura facta fuerint, ut in annotatione docui; adeoque Codex unus eorum, qui e *Brundisio* comparati fuerunt in Italia, in fine testatur *μετώπωσιν* factam, nescio quam, quod vocabulum de excerptoris industria interpretor. Ceterum primum de sensu et sensibilibus libellum solum integrum e physica historia Theophrasti exceptum ut patent, faciunt loca plura alia inde a Simplicio excerpta. Reliqui omnes breviati videntur et ex uno Codice descripti esse in plures, quorum integerrimus hodie Romanus Vaticanae bibliothecae videtur esse. Libri autem de plantis historiae decem et a Diogene Laertio et vulgo numerantur, impares tamen volumine et versuum multitudine, ita ut descriptio vulgaris librorum merito in suspicionem erroris et vitii a librariis scriptoribus vel ipsis Grammaticis admissi veniat. Itaque decimus qui vulgo numeratur, in libro quidem scripto, quem Aldus diligentissime repraesentavit typis, paucis versibus exaratus repetit verbis interdum quibusdam mutatis, nonnulla etiam auctiora, quaedam minus integra, quae in libro nono tradita prostant. In Mediceis Codicibus plures quidem sunt versus libri decimi, sed repetunt et variant eadem dicta libri noni. Unde suspicio de initio priorum librorum descriptione et turbato eorum ordine et numero confirmari videtur. Certa tamen indicia nulla habemus, a quo initio turbatio exorta ubi substiterit. Testimoniis enim veterum scriptorum et Grammaticorum confidere propter librariorum faciles et frequentes in numerorum notis perscribendis aberrationes non licet. Argumentum tamen ceteris haud paulo minus dubium praebere videtur volumen libri quarti nimis pro reliquorum tenuitate spissum, quam, ut suspicionem erroris effugere possit. Nuper etiam vir doctus, *Hahnemann* de Helleborismo veterum, censuit librum quartum et quintum temere a librariis vel Grammaticis in unum confusos fuisse, et qui nunc nonus numeratur, esse decimum numerandum et nominandum esse. Sane decebat, finita notitia stirpium et maxime silvestrium per librum tertium et quartum digestarum, disputationem de vitae mensura stirpibus concessae a novo libro exordiri, quanquam tota illa disputatio rectius exemplo magistri in extremum locum relata fuisset. Commode igitur possumus a capite inde tertio et decimo libri quarti initium quinti capere et statuere; quo facto volumen libri quarti reliquos non praegravabit. Sed libri quoque secundi finem desideramus, qui ex Athenaeo [illegible]

lector videt p. 65. cuius sententiam difficile est hodie coniectura assequi. Fortasse alii quoque eius libri defectus sunt, quos divinare quam demonstrare facilius est. Prodidit Aldus annotationem Codicis sui initio libri octavi positam, quam eandem Codex antiquissimus et integerrimus Urbinas paucis verbis leviter mutatis habet. (Vide Annott. p. 639. et Addenda in Comparatione Codicis Urbinatis.) Monetur ibi, Andronicum librum octavum Theophrasti περὶ φυτῶν ἱστορίας inscripsisse, Hermippum contra περὶ φρυγανικῶν καὶ ποωδῶν. Admonitio paululum obscurior in utroque Codice hoc velle videtur, librum septimum, qui περὶ φρυγανικῶν καὶ ποωδῶν coniunctim docet, (nam octavus qui nunc numeratur, est de frugibus, seminibusque aestivis eorumque morbis et diuturnitate) ab Hermippo octavum et habitum et numeratum fuisse. Itaque hoc quoque testimonio suspicio antea posita de libro quarto in duos dividendo confirmari videtur. Sed alia et diversa recensio numeravit librum historiae decimum, unde exscriptus fuit Codex Urbinas, e quo eodem Medicei descripti esse videntur, sed minus integri. Libri enim decimi initium tantum librarius descripsit: contra Urbinas caput 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. in librum decimum coniecit; caput 20. nemo adhibit, haud parva cum lectionis varietate, in qua non solum plures veritatem scripturae sed plane novam textus recensionem agnoscere mihi licuit. Vide Addenda posteriora ad librum decimum. Ceterum scripta Theophrasti communem sortem experta fuisse videntur cum Aristotelicis, quam alibi diligentius exposui. Neque in libris de plantarum historia et causis obscura sunt vestigia lacunarum, passim a me punctis designata; alias indicavit similque supplevit Codex antiquissimus Urbinas, multo integrior eo, quem Gaza ante oculos habuit. Turbatum etiam ordinem locorum quorundam et lacunarum indicia edet sequens sectio, quae librorum singulorum argumenta persequitur. Unum hic memorabo locum de causis I, 20, 2. ubi usum foliorum fructibus tuendis antea explicatum commemorat Theophrastus, qui hodie nusquam explicatus reperitur. Cf. Caras sec. p. 508. Auctoritatem Codicum scriptorum recte aestimare hodie vix licet, cum fontem eorum et variarum recensionum ab Andronico, Hermippo aliisque factarum rationem ignoremus. Hoc unum e conditione libri antiquissimi et integerrimi omnium Urbinatis conicere licet, librum decimum e diversa recensione additum in eo fuisse, ceteri autem libri ex eadem recen-

sione tempore scripti Codicis istius an adhuc alicubi terrarum lateant, ignoramus. Comparanti mihi versionem Gazae et Mediceorum librorum scripturam cum libro Urbinate saepius mirum accidit, omissa plurima verba in Mediceis, quae in Urbinate extant, unde eos descriptos suspiceris, duorum vero aut trium tantum lacunarum supplementa congruere cum Urbinate. Contra Gaza paucis quibusdam in locis vocabula addita vertit e libro suo, quae hodie nusquam in libris scriptis reperiuntur. Quod autem interdum suspicatus eram, Gazam traduxisse illa loca e vetere versione Guilelmi Morbeccensis, vereor nunc, ne suspicio ista atque omnino narratio a Io. Alb. Fabricio vel primo prodita vel repetita vana et falsa sit. Nititur ea loco Praefationis Gazae hoc: *Denique singula textus graecae orationis adeo persequemur, ut ne minimum quidem praetermittere videamur, quoad scilicet, sine absona et barbara illa Guilelmi interpretis locutione quaeque graeco latine aliquo pacto exprimi possint.* Nusquam enim alibi mentionem versionis Theophrasti factae a Guilelmo proditam hucusque reperi; et potuit Gaza rationem interpretandi a Guilelmo in Aristotelicis libris de animalibus adhibitam respicere atque improbare. Postea vero, quam libri praestantissimi Urbinatis scripturam cognovi, coepi etiam de auctoritate librorum duorum Havniensium et Vinariensis scripturae, plerisque omnibus in locis consentientis, dubitare. Ubi enim liber Urbinas solus veram et indubitatam locorum vitiosorum scripturam praestitit, in varietate librorum Havniensium et Vinariensis agnoscere mihi sum visus coniecturam viri docti sane et prudentis, quam ex uno eodemque fonte derivatam plures viri docti in marginem librorum suorum traduxisse videri possunt.

Addo de Codice eo, quo fuit olim usus Gemistus Pletho, cuius Excerpta ex historia plantarum Theophrasti exscripta e Codice Monacensi habeo, (vide Praefationem T. I. p. XIX.) quae eadem ex alio Vaticanae bibliothecae libro, nomine auctoris omisso, exscripta submisit doctissimus eius bibliothecae Scriptor *Amati*. Gemistus igitur codicem excerpsit integriorem et similem Urbinati, quod apparet comparato loco historiae 4, 11, 13. ubi de genere arundinis Theophrastus disputat; solus autem liber Urbinas Indici mentionem et notitiam addit. Ex eodem hoc loco Pletho haec excerpta posuit: Καλάμους τοὺς ἐν τῇ Ἰνδικῇ πάμπολύ τι ὑπερβάλλειν τῷ μεγέθει τοὺς Ἑλληνικούς, ὥστε καὶ ἓν γόνυ καλάμου τῶν γε ἐνὸν πρός τε ἄλλα ἱκανὴν χρείαν παρέχεσθαι, καὶ πλοῖον

ἐν τῷ ποταμῷ ποιεῖν. Praeterea paulo post initium posuit Plетho haec: Ἐρινεὸς ἡ ἄῤῥην συκῆ, καὶ ὁ καπρῖνος ἐρινεὸν, καὶ ἐρινάζειν τὸ τὰ θήρια ταῖς θηλείαις προσαρτᾶν. ἔοικε δὲ καὶ τὰ προαποπίπτοντα τῶν θηλειῶν συκῶν, τὰ δὲ πεπαινόμενα ἀντὶ τῶν προαποπιπτόντων τούτων ἔν τισί γε τῶν συκῶν ἐλλυνθοῦν. Quae quidem e libro secundo historiae videntur esse excerpta; ubi tamen hodie nihil simile de discrimine maris feminaeque fici legitur, non magis quam quae inde excerpta posuit Athenaeus 3. p. 306. Schw. Vide Indicem in voce Ἐρινεός.

§. 4.

Videamus nunc argumentum librorum de historia et causis plantarum. In historia igitur liber primus initio versatur in iis rebus enumerandis, quae historiam plantarum constituunt, differentiis et reliqua natura, quae partibus, affectionibus, generatione et vita spectatur. Ubi annotari meretur sententia: Ἤθη γὰρ καὶ πράξεις οὐκ ἔχουσιν ὥσπερ τὰ ζῶα. Contra magister hist. anim. 8, 1, 4: καὶ κατὰ τὰς τοῦ βίου δὲ πράξεις τὸν αὐτὸν ἔχει τρόπον· τῶν γὰρ φυτῶν οὐδὲν ἄλλο ἔργον φαίνεται πλὴν οἷον αὐτὸ ποιῆσαι πάλιν ἕτερον, ὅσα γίγνεται διὰ σπέρματος. Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ζώων ἐνίων παρὰ τὴν γένεσιν οὐδέν ἐστιν ἄλλο λαβεῖν ἔργον. Διόπερ αἱ μὲν τοιαῦται πράξεις κοιναὶ πάντων εἰσί. Quam diversitatem fortasse licet ita explicare, ut Theophrastus actiones voluntarias, Aristoteles contra πράξεις βίου, actiones vitales, dicat. Deinde statim aggreditur disputationem difficilem, quae sint vere partes plantarum dicendae, ubi distinguit perennes, annuas et supervenientes cum aetate, earumque differentias summatim percurrit, quae πρῶτα καὶ μέγιστα μέρη dixit, nempe radicis, caulis, ramorum, surculorum, usque ad finem capitis primi. Capite secundo corticem, medullam, lignum, succum, venas, fibras, flosculum, folia, pediculum, claviculam arborum pertractat: quibus subiungit distinctionem et differentiam earum partium in annuis, ἐπετειοκαύλοις et perennibus plantis. Tum sectione 3. partes easdem singulatim percenset, earumque differentias demonstrat. A sectione 5. exorditur explicationem internarum partium, venarum, fibrarum, ligni, carnis, corticis, medullae. Capite tertio conatur τὰς ὅλων τῶν δένδρων καὶ φυτῶν οὐσίας cum differentiis partium dictarum omnium exponere. Primum igitur dividit plantas in haec πρῶτα καὶ μέγιστα εἴδη, nempe δένδρον, θάμνον, φρύγανον, πόαν;

quorum definitio sequitur *): cui subdit divisionem omnia haec genera amplectentem, ἥμερα, ἄγρια, καρποφόρα, ἄκαρπα,

*) Εἴδη vocat, quae alibi γένη, ut magister de Part. I, 3. ἀλλὰ δεῖ πειρᾶσθαι λαμβάνειν κατὰ γένη τὰ ζῶα, ὡς ὑφήγηνθ' οἱ πολλοὶ διορίσαντες ὄρνιθος γένος καὶ ἰχθύος, τούτων δὲ ἕκαστον πολλαῖς ὥρισται διαφοραῖς. Clarius idem in hist. anim. I, 6, 1. Γένη δὲ μέγιστα τῶν ζώων, εἰς ἃ διῄρηται τἆλλα ζῶα, τάδ' ἐστιν, ἓν μὲν ὀρνίθων γένος, ἓν δ' ἰχθύων, ἄλλο δὲ κήτους — ἄλλο δὲ γένος ἐστὶ τὸ τῶν ὀστρακοδέρμων et cetera. Sed eadem dictione Theophrastus utitur etiam de minore divisione τῶν ποωδῶν libri 8. c. 1, 1. Δύο δ' αὐτοῦ γένη τα μέγιστα τυγχάνει: τὰ μὲν γὰρ σιτώδη, οἷον πυροὶ, κριθαὶ, τίφαι, ζειαὶ, τὰ ἄλλα τὰ ὁμοιόπυρα ἢ ὁμοιόκριθα· τὰ δὲ χέδροπα, οἷον κύαμος, ἐρέβινθος, πισὸς, καὶ ὅλως τὰ ὄσπρια προσαγορευόμενα· τρίτον δὲ παρ' αὐτὰ κέγχρος, ἔλυμος, σήσαμον καὶ ἁπλῶς τὰ ἐν τοῖς θερινοῖς ἀρότοις, ἀνώνυμα κοινῇ προσηγορίᾳ. quae deinceps ipse brevitatis causa τὰ θερινὰ vocat. Mox Cap. 3, 1. eadem γένη vocat τὰ ὅλα his verbis: Διαφέρει δὲ καὶ τὰ ὅλα γένη τὰ διῃρημένα τῶν γενῶν, οἷον σῖτος, χέδροπα, τὰ θερινὰ, καὶ καθ' ἕκαστον γένος τὰ ὁμοιογενῆ. ubi non dubitandum mihi videtur fuisse ὁμογενῆ, congeneres species, scriptum, ut Cap. 4, 1. Τὰ μὲν οὖν ὅλα γένη τοιαύτας ἔχει διαφορὰς τὰ μὴ ὁμοιογενῆ· τὰ δὲ ὁμοιογενῆ δῆλον ὅτι κατὰ τὴν τῶν μερῶν ἀνωμαλίαν, οἷον τῶν σιτωδῶν πυρὸς κριθῆς στενοφυλλότερον et cet. ubi structura verborum implicata et difficilis vitium scripturae aliud quoque arguere videtur in utroque loco. In priore scriptum est in libris omnibus: Διαφέρει δὲ καὶ ὅλα τὰ γένη τὰ διῃρημένα τῶν γενῶν — καὶ καθ' ἕκαστον γένος τὰ ὁμοιογενῆ. ubi post copulam articulum collocavi. Sed nunc mihi videtur copula in καθ' mutandum: Διαφέρει δὲ καθ' ὅλα γένη τὰ δ. τ. γενῶν, καὶ καθ' ἕκαστον γ. τ. ὁμογενῆ. ut opponantur sibi τὰ διῃρημένα τῶν γενῶν et τὰ ὁμογενῆ, ut καθ' ὅλα τὰ γένη et καθ' ἕκαστον γένος. In altero vero loco paulum difficiliore similiter scribo: Κατὰ μὲν οὖν ὅλα γένη τοιαύτας ἔχει διαφορὰς τὰ μὴ ὁμογενῆ· τὰ δ' ὁμογενῆ δῆλον et cet. Certe manifestum est, utrumque locum eadem ratione explicari debere. Paulo postea s. 2. sequitur: Τῷ μὲν οὖν ὅλῳ γένει (τῶν πυρῶν) πρὸς γένος (τῶν κριθῶν) τοιαῦταί τινές εἰσι διαφοραί· καθ' ἑκάτερον δὲ τούτων πάλιν πολλὰ γένη. Nunc etiam manifestum lectori factum erit, locum 6, 1, 2. vulgo male scriptum legi de φρυγανικοῖς ἀγρίοις: Ἔστιν αὐτῶν εἴδη καὶ μέρη πλείω, καὶ τοῖς καθ' ἕκαστον γένος καὶ τοῖς ὅλοις εἴδεσιν, ἃ δεῖ διαιρεῖν. μεγίστην δ' ἄν τις λάβοι διαφορὰν τῶν ὅλων γενῶν. quae Gaza partim rectius scripta legit, quo duce cetera correxi. Pari ratione 4, 13, 1. Ὡς δ' ἁπλῶς εἰπεῖν, τὰ ἄγρια τῶν ἡμέρων μακροβιώτερα, καὶ ὅλως τῷ γένει τὰ ἀντιδιῃρημένα καθ' ἕκαστον. ubi Med. cum Urbinate τῷ γένει κατὰ ἀντιδ. habent, non dubito fuisse καὶ τὰ ὅλῳ τῷ γένει ἀντιδιῃρημένα καθ' ἕκαστον, quod idem infra 3, 2, 1. dicit; τὰ ὁμογενῆ ἄγρια, οἷον ἐλαίας καὶ ἀπίου κότινος καὶ ἀχράς. i. e. et quae in toto aliquo genere opponuntur sibi species divisae,

ἀνθοφόρα, ἀνανθῆ, ἀείφυλλα, φυλλοβόλα, deinde differentias quas dicit *κατὰ τὰς μορφὰς*, nempe *μέγεθος, μικρότης, σκληρότης, μαλακότης, λειότης, τραχύτης φλοιοῦ καὶ φύλλων* aliarumque partium, denique *εὐμορφίαν, δυσμορφίαν, καλλικαρπίαν, κακοκαρπίαν*. Atque has differentias omnes naturales esse videri ait Cap. 4. s. 2. Genericam vero quodammodo divisionem posse videri addit terrestrium et aquaticarum; sed eam improbat non solum tanquam ambiguam propter naturam plantarum multarum quasi amphibiam, sed etiam minus congruam et tanquam alienam a natura plantarum esse ait: *Τὰ τοιαῦτα καὶ ὅλως τὸ οὕτω σκοπεῖν οὐκ οἰκείως ἐστὶ σκοπεῖν· οὐδὲ γὰρ ἡ φύσις οὕτως, οὐδ' ἐν τοῖς τοιούτοις ἔχει τὸ ἀναγκαῖον.*

Tamen differentias a loco spernendas non esse addit, in quo quaeque planta vel arbor commodissime et optime proveniat aut plane non nascatur. *Οἰκεῖον δ' ἴσως συμπαραλαβεῖν τοὺς τόπους*, quoniam plantarum natura terrae affixa haereat, nec, ut animalia, motum liberum habeat. Prior igitur distinctio vel potius divisio in terrestres et aquaticas plantas ita videtur reprobari tanquam incongrua, si generalis intelligi divisio debet: contra distinctio loci natalis altera differentiam modo bonitatis continet, igitur magis naturae plantarum congruit. Obiter consideremus, quid Theophrasto in descriptione et physiologia plantarum dicatur *οἰκείως σκοπεῖν*. Primo loco hist. I, 1, 4. ubi partes plan-

velut in genere oleae oleaster, pyro pyraster et cet. Denique 8, 8, 1. *τῶν δὲ σπερμάτων ἕκαστα καὶ πρὸς τὴν τῆς χώρας φύσιν ἁρμόττει, καὶ ὅλως γένη πρὸς γένος καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ὁμογενέσιν.* similiter mutata distinctione scriptum fuisse censeo: *ἁρμόττει καὶ ὅλῳ γένει πρὸς γένος καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς ὁμογενέσι. Semina quaeque regionis naturae accommodantur, non solum totius generis semina, sed etiam quae sunt in eodem genere species.* Unde fortasse de c. pl. 4, 11, 2. vulgata scriptura *Τοῦτο μὲν οὖν ὡς καθόλου τῷ γένει πρὸς τὸ γένος* mutanda fuerit in *καθ' ὅλου τοῦ γένους πρὸς τὸ γένος*. Vides igitur, *τὰ μέγιστα γένη* classem, *τὰ ὅλα γένη* ordinem, et simplex *γένος* genus, eadem qua nos nunc dicimus notione, significare. Interdum quoque *εἶδος* dicitur pro voce *γένος*. Ceterum quas in hac generica divisione dicit Theophrastus differentias *κατὰ μορφάς*, vereor ne librarius scriptor oblitus mediorum aliquot verborum corruperit. Non enim *μορφαί*, sed *παθήματα σωματικὰ* erant dicenda exemplo magistri in libro I. de part. c. 4. ubi de *γενῶν μεγίστων* differentiis agit: *τὰ γὰρ μόρια διαφέρει τούτων οὐ τῇ ἀνάλογον ὁμοιότητι, ἀλλὰ μᾶλλον τοῖς σωματικοῖς παθήμασιν, οἷον μεγέθει, μικρότητι, μαλακότητι, σκληρότητι, λειότητι, τραχύτητι καὶ τοῖς συστοίχοις.*

tarum cum animalium partibus comparantur, addit, similitudinem eam nimis urgendam non esse: ὅσα γὰρ μὴ οἷόν τε ἀφομοιοῦν, περίεργον τὸ γλίχεσθαι πάντως, ἵνα μὴ καὶ τὴν οἰκείαν ἀποβάλλωμεν θεωρίαν. Alter 8, 6, 2. narrat, quaestionem de satione densa vel rara quosdam ita tractasse, ut eadem terra alias plus, alias minus seminis recipiat: si plus, omen sinistrum dicere; πεινῆν γὰρ εὐθύς φασι τὴν γῆν. Qua ratione tanquam reprobrata, aliam subiicit regulam cum clausula: οἰκειότερον ἂν λαμβάνοι (τις) τὰς διαφοράς. Tertius est 9, 8, 5. de legendis herbis et radicibus referens quas vulgus rhizotomorum et pharmacopolarum tradunt cautiones: τὰ μὲν ἴσως οἰκείως, τὰ δὲ καὶ ἐπιτραγῳδοῦντες λέγουσι. quae variat sect. 6. Καὶ ταῦτα μὲν καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις τάχ᾽ ἂν οὐκ ἀλλοτρίως δόξαιεν λέγειν. Est igitur οὐκ οἰκείως λέγειν hoc in loco ficta et aliena a natura plantarum et vero narrare. De causis 4, 15, 2. ubi plantas, quae semina minuta ferunt, fertilissimas esse ait, quaerit rationem in comparatione cum animalibus minutis, inprimis τοῖς ᾠοτόκοις καὶ σκωληκοτόκοις, sed statim addit: Ἡ αὕτη μὲν ἔξωθεν, ἄλλην δέ τινα οἰκειοτέραν ζητητέον; ἐπεὶ καὶ τῇδε διαφέρει τῶν περὶ τὰ ζῶα. Ita est c. pl. 6, 16, 1. οἰκειοτέρως τὴν αἰτίαν ἀποδιδόναι, ubi quaeritur, cur fructus arborum agrestium odore praestent urbanis. Causam primum ait edi posse, ὅτι τὰ ἄγρια σκληρότερα, qua non contentus aliam quaerendam censet propiorem et interiorem. Similiter denique Fragm. 2, 45. de lapide aurum explorante, cuius vim quidam cum igne comparabant: Διὸ καὶ ἀποροῦσί τινες, οὐκ ἄγαν οἰκείως ἀποροῦντες· οὐ γὰρ τὸν αὐτὸν τρόπον δοκιμάζει. Deinde docet modum diversum, quo ignis auri puritatem explorat.

Alia est animadversio de divisione plantarum in agrestes et cultas, ἄγρια καὶ ἥμερα, quam non solum hic cap. 3. s. 5. et 6. sed diligentius etiam infra 3. cap. 2. tractavit. Priore in loco cultas ait referendas esse et spectandas ad cultissimum omnium animal eiusque usum: ἀναφέροντα πρός τε ταύτας καὶ ὅλως πρὸς τὸ ἡμερώτατον· ὁ δ᾽ ἄνθρωπος ἢ μόνον ἢ μάλιστα ἥμερον. At enim Aristoteles de part. 1, 3. divisionem animalium in agrestia et mitia reprobans ait: ὡσαύτως γὰρ ἂν δόξειε τὰ αὐτὰ εἴδη διαιρεῖν· πάντα γὰρ ὡς εἰπεῖν ὅσα ἥμερα καὶ ἄγρια τυγχάνει ὄντα, οἷον ἄνθρωποι, ἵπποι, βόες, κύνες ἐν τῇ Ἰνδικῇ, ὕες, αἶγες, πρόβατα· ὧν ἕκαστον εἰ μὲν ὁμώνυμον, οὐ διῄρηται (ἀλλ᾽ ἐστὶ addit nuperus interpres Franc. Nic. Titze) χωρίς· εἰ δὲ ταῦτα ἓν εἴδει

οὐχ οἷόν τε εἶναι διαφορὰν τὸ ἄγριον καὶ τὸ ἥμερον. Verum Theophrastus rationem satis probabilem edidit, cur hac quidem in parte a methodo magistri paulum discederet. Causa enim et natura plantarum terrae affixarum diversa et quasi tota in potestate hominum colentium posita est, contra atque in animalium genere. Recte tamen alteram partem observationis magistri secutus est discipulus 7, 6, 1. ubi λάχανα ἄγρια tractat. Haec enim praefatur: Τυγχάνει δὲ τὰ μὲν ὁμώνυμα τοῖς ἡμέροις· ἅπαντα γάρ ἐστι τὰ γένη ταῦτα καὶ ἄγρια καὶ σχεδὸν τά γε πολλὰ παραπλησίαν ἔχοντα τὴν ὄψιν τοῖς ἡμέροις, πλὴν τοῖς γε φύλλοις ἐλάττω ταῦτα καὶ τραχύτερα καὶ τοῖς καυλοῖς καὶ μάλιστα τοῖς χυλοῖς δριμύτερα καὶ ἰσχυρότερα. et sect. 4. Ἔνια δ᾽ ὅλως ἀσύμβλητα τοῖς ἡμέροις ἐστὶ κατά γε τοὺς χυμοὺς καὶ τὰς δυνάμεις, ὥσπερ σίκυος ὅ τε ἄγριος καὶ ὁ ἥμερος, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς προσόψεως ἔχει τὴν ὁμοιότητα, καθάπερ καὶ ἐν τοῖς στεφανώμασιν ἡ ἴωνιά· τὸ γὰρ φύλλον ἔχει παρόμοιον. Duo postrema exempla nihil habent dubitationis de generis diversitate, quanquam similitudo foliorum in viola martia et cheirantho mihi quidem dubia esse videtur: sed prioris generis exempla quamvis ὁμώνυμα, id est diversi generis, dicantur, tamen propter verba sequentia ambigua de generis societate dubitationem habere possunt videri.

A capite 5. usque ad finem libri differentias cum generum maximorum tum singularum partium persequitur, obiter etiam natura partium quarundam explicata.

Liber secundus generationi arborum cultarum earumque propagandarum modis diversis dicatus est totus. Obiter capite 6. palmarum cum satione et propagatione universa eius generis natura speciesque plures explicantur et describuntur. Similiter capite 8. invitatus mentione caprificationis genera ficorum eorumque differentias explicat. Fine autem truncatum esse hunc librum iam antea monui.

Liber quartus tractat generationem arborum agrestium ita, ut eas in montanas, campestres et utrique loco communes separet, eoque ordine genera plurima earum nominet, partim etiam describat. Simul etiam germinationis modi varii et tempora diversa cum floribus, incremento et prospero proventu generum et specierum annotantur. Capite 17. peculiares arbores et frutices montium quorundam commemorantur, et primum quidem Tyrrheniae φελλος, Liparae τερμινθώδης, Idae montis haud procul Troia κολυτέα, δάφνη

'Αλεξανδρεία, συκῇ frutex, vitis. Tum cap. 18. redit ad arborum et fruticum differentias et species explicandas. Ultimo loco a sectione 6. copiose de differentia κιττοῦ καὶ ἕλικος, a sectione 11. usque ad sect. 13. de smilace aspera, denique a s. 13. usque ad finem de euonymo montium Lesbi disputat. Clauditur liber his verbis: Περὶ μὲν οὖν δένδρων καὶ θάμνων εἴρηται· ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς περὶ τῶν λειπομένων λεκτέον. At sequitur libri quarti initium, quo argumentum libri antecedentis aliter indicatur: Αἱ μὲν οὖν διαφοραὶ τῶν ὁμογενῶν τεθεώρηνται πρότερον· ἅπαντα δ' ἐν τοῖς οἰκείοις τόποις καλλίω γίνεται καὶ μᾶλλον εὐθενεῖ. Merito hic adhaesit Scaliger. Argumentum enim libri tertii praeter multa alia silvestria genera et μονογενῆ complectitur etiam aliquot, quorum plures sunt species enarratae, veluti coniferae arbores. Deinde lector absolutam esse arborum coniferarum historiam cum ex clausula libri tertii existimare cogeretur, et initio novi libri novum argumentum de locis et regionibus singulis generibus et silvestribus et cultis denuntiari videretur, tamen narratio ad coniferas arbores, πεύκην et ἐλάτην, earumque pro locorum diverso situ differentiam usumque adeo oeconomicum, qui libro quinto proprie explicandus erat, subito redit. Additur mentio taxi, θυίας, κηλάστρου, cupressi Cretensis. Denique sectione 5. sequitur: Ὅτι δὲ ἕκαστον ζητεῖ χώραν οἰκείαν καὶ κρᾶσιν ἀέρος, φανερὸν τῷ τὰ μὲν φέρειν ἐνίους τόπους, τὰ δὲ μὴ φέρειν, μήτε αὐτὰ γινόμενα μήτε φυτευόμενα ῥᾳδίως — Εἰσὶ γὰρ πλείω καὶ ἐν πλείοσι χώραις τὰ μὲν ὅλως οὐ φυόμενα, τὰ δὲ φυτευόμενα [μὲν], ἀναυξῆ δὲ καὶ ἄκαρπα καὶ τὸ ὅλον φαῦλα· περὶ ὧν ἴσως λεκτέον, ἐφ' ὅσον ἔχομεν ἱστορίας. Hinc Capite 2. exorditur enarrationem arborum et plantarum peculiarium Aegypto, veluti sycomori, quacum Cypria ficus Cretae comparatur, perseae, glandis unguentariae, palmae cucioferae, spinae (acaciae) geminae, oleae, κοκκυμηλέας, fruticis Memphitici sensibilis. Genera autem ποώδη, praecipue aquatica, reiicit ad locum eum, ubi plantae aquaticae simul enarrantur. Caput 3. Libyae peculiares arbores et frutices, lotum, paliurum, palmam, oleam, silphium memorat, quorum generum quaedam accuratius enarrat, veluti loti genera plura distinguit fructibus, in quibus sunt quidam sine nucleis (ἀπύρηνοι). Diversa etiam lotus Cyrenaica dicitur esse ab ea, quae apud Lotophagos nascitur; sed statim ex aliena narratione loti notitia subiicitur, quam ad Cyrenaicam pertinere, licet suspicari, non affirmare.

Sequitur sect. 4. descriptio paliuri, s. 5. mentio palmarum, thymi, atque ex animalium genere *πτωκὸς*, *δορκάδος* et *στρουθοῦ*. Silphii descriptionem reiicit ad locum posteriorem (libri 6. cap. 3.), ubi genus *φρυγανικῶν* simul enarratur. Caput 4. Asiae totius diversarum regionum peculiares arbores et frutices partim breviter attingit, alias copiosius enarrat, nec dubium esse potest, comparatis aliorum scriptorum locis, plura fide comitum Alexandri tradita esse. Cap. 5. regionum septentrionalium peculiaria genera arborum fruticumque commemorat, Thraciae, Ponti, omninoque frigidiorum locorum et montium Graeciae atque Europae, eorumque diversitatem. Capite 6. et 7. transit ad historiam plantarum marinarum, praecipue fucorum cum maris exteri, sive Oceani, tum mediterranei, in quibus plura genera nominantur, quorum natura et comparatio cum generibus notis difficilis cognitu videtur esse. Caput 8. tractat plantas et stirpes, quae vel in fluviis vel in lacubus vel in paludibus nascuntur; quarum tria genera ponit, *δένδρα*, *ὥσπερ ποώδη*, *λοχμώδη*. Postremo e genere nominat exempli causa *κάλαμον*, *κύπειρον*, *φλεὼ*, *σχοῖνον*, *βάτον*, *παλίουρον*. Vocabulum igitur genericum *λοχμώδη* ad sola aquatica genera referri voluit, quanquam verbo *ἀπολοχμοῦσθαι* de rosa etiam silvescente usus sit 6, 6, 6. Primo loco memorantur genera Aegyptia, papyrus, s. 5. sari, s. 6. *μνάσιον* et herba innatans aquis sine radice, s. 7. et 8. faba, s. 9. 10. 11. lotus Nili et Euphratis, s. 12. malinanthalle, s. 13. et 14. lacustris planta innominata alteraque inter segetem sponte crescens, pabulo iumentorum utiles, narrantur. Capite 9. fluviorum peculiares quaedam plantae eduntur, veluti Strymonis tribulus: capite 10. Orchomenii lacus plantae et arbores usque ad s. 6. ubi distinguuntur eae stirpes a commemoratis, quae terrae et aquis communes sunt. Caput 11. genera arundinis, praecipue lacus Orchomenii, simul cum modo, quo ad tibiarum genera diversa parari solebant, diligentissime exsequitur. Adduntur etiam genera externa, quorum notitiam Codex demum Urbinas integriorem dedit. Ultimo loco Capite 12. genera *σχοίνου* recensentur, atque obiter insularum natantium lacus Orchomenii Aegyptique mentio adiicitur. Hunc libro finem Theophrastum statuisse, non solum ex initio capitis, *Κατάλοιπον δ' εἰπεῖν ὡσὰν ἐκ τοῦ γένους τούτου περὶ σχοίνων*, et clausula, *Καὶ περὶ μὲν ἐνύδρων ταῦτ' εἰρήσθω*, sed magis etiam ex argumento Capitis 13. et sequentium usque ad finem libri

apparet, ubi primum de vitae vel brevitate vel longitudine arborum et fruticum, primum aquaticorum, deinde ceterorum quoque, postea de eorum noxis et morbis disputatur. Haec igitur Capita quatuor manifesto sunt seiungenda a libro quarto, et quinto loco seorsum assignanda: quo facto numerus decem librorum impletur, quem scriptores veteres et Codices plerique posuerunt.

Liber quintus genera et naturam materiae variumque lignorum usum ad opera atque instrumenta humana exsequitur. Liber sextus φρύγανα et φρυγανικὰ tractat, et primum quidem agrestia, quae distinguuntur in ὅλα γένη duo ἀκανθώδη vel ἀκανθικὰ et ἀνάκανθα. Prius genus habet notas quasdam communes, quae recensentur: alterius generis communes notas esse negat, igitur alia ratione eas distinguendas esse. Facit igitur duo genera, quorum prius videtur comprehendisse communi aliquo vocabulo, quod hodie ignoramus a librariis omissum: alterum nominat τὰ ναρθηκώδη et ἐννευρόκαυλα, cuius posterioris vocabuli significatio mihi quidem nondum omnis patet. Prius genus primum exsequitur per species capite 2. quas dicit ὥσπερ διαφέροντα: addit, alia esse μονοειδῆ, quorum in numero habuisse videtur τὸ μελισσόφυλλον, quod solum e nominatis inter τὰ διαφέροντα, quibus 6, 6, 3. τὰ ἁπλᾶ opponit. Genera ναρθηκώδη recenset sect. 7. capite autem 4. et 5. τὰ ἀκανθώδη vel ἀκανθικά, capite 6. τὰ ἥμερα φρυγανικά, quorum pars magna ad στεφανώματα pertinet. Quare totum genus στεφανωματικὸν, quod φρυγανικὰ multa et quaedam ποώδη complectitur, uno in loco simul tractat usque ad finem libri sexti.

Libri septimi capita 1—5. olera culta, c. 6. agrestia, c. 7. τὰ ἀρουραῖα percenset, c. 8. τὰ ποώδη non edulia. Post differentias generales tractat τὰ σταχυώδη, τὰ κιχωριώδη, τὰ μυοφόνα, τὰ σκανδικώδη; sed sola σταχυώδη et cum iis κιχωριώδη, antea non nominata, enarrat, cetera omittit. Capite 12. τὰ σαρκόριζα et κεφαλόριζα recenset; capite 14. alia ποώδη, adiantum, deinde ex numero τῶν κατὰ μέρος ἀνθούντων describit ἄνθεμον, deinde ἀπαρίνην. Capite ultimo περὶ τῶν τοῖς ἄστροις συνακολουθούντων agit, denique de aizoo et de ὁμωνύμοις duobus generibus ποωδῶν, loto et strychno.

Libro octavo seorsum e genere ποωδῶν accuratissime tractavit τὸν σῖτον καὶ τὰ σιτώδη, quorum tria facit genera summa (γένη μέγιστα), τὰ σιτώδη, velut triticum, hordeum,

tipham, zeam, et χέδροπα vel ὄσπρια, tertium, cui ipse brevitatis causa nomen τὰ θερινὰ dedisse videtur, quoniam per aestatem seruntur et metuntur, κέγχρον, ἔλυμον, σήσαμον, ἐρύσιμον, ὅρμινον. Horum generum omnium differentiae generales et speciales cum in satione, germinatione et maturatione, tum in viribus alimenti et firmitate ad servandum diligentissime enarrantur. Atque hic liber omnium fere integerrimus ad nos pervenisse videtur.

Nonus totus versatur in nominandis et explicandis plantis usibus hominum medicis, interdum etiam magicis et superstitioni inservientibus, earum partibus et succis utilibus aut venenatis, locis natalibus et modis colligendi praeparandique ad usum humanum. Ubi nominantur obiter quaedam plantae, quarum vel nullam aliunde notitiam habemus, vel quas agnoscere in verborum brevitate non possumus. Hic autem liber multis in locis lacunosus et laceratus a librariis apparet; unde excerpta loca plura seorsum posuerunt et numero decimi libri signarunt.

Haec sunt argumenta librorum historiae de plantis: quorum ordinem fere ubique sequuntur libri de causis plantarum, ubi primo loco generatio et propagatio arborum et fruticum silvestrium et cultorum, deinde cultus vitium, olearum, ficorum, punicae et similium diligenter, sed omnium copiosissime vitis generum exponitur. Liber sextus succorum saporumque genera in plantis earumque partibus et fructibus persequitur. His summatim defungi nunc posse mihi videor, quoniam deinceps de argumento horum librorum singulatim plura erunt dicenda, ubi Scaligeri censuram ponam, qui hos Theophrasti libros acerrimo iudicio, saepius etiam iniquo, et maiore cum diligentia quam libros de historia interpretatus percensuit.

§. 5.

Comparemus nunc iudicia virorum doctorum de ordine et methodo a Theophrasto in his libris observata, praecipue Iulii Scaligeri et Accoramboni, qui quidem omnium diligentissime methodum discipuli cum doctrina magistri compararunt. Quorum censurae si meum ipse quoque iudicium interposuero, homo quanquam non plane alienus a studio rei herbariae, non ita tamen in eo versatus, ut universam plantarum per omnem terrarum orbem dispersarum multitudinem earumque historiam complecterer, velim lectorem meminisse sententiae Aristotelicae propositae initio libri de methodo a scriptore historiae naturalis observanda, qui vulgo liber primus de partibus animalium numeratur: *Περὶ πᾶσαν θεωρίαν καὶ μέθοδον δύο φαίνονται*

τρόποι τῆς ἕξεως εἶναι, ὧν τὴν μὲν ἐπιστήμην τοῦ πράγματος καλῶς ἔχει προσαγορεύειν, τὴν δ' οἷον παιδείαν τινά. Πεπαιδευμένου γάρ ἐστι κατὰ τρόπον τὸ δύνασθαι κρίνειν εὐστόχως, τί καλῶς ἢ μὴ καλῶς ἀποδίδωσιν ὁ λέγων· τοιοῦτον γὰρ δή τινα καὶ τὸν ὅλως πεπαιδευμένον οἰόμεθ' εἶναι, καὶ πεπαιδεῦσθαι τὸ δύνασθαι ποιεῖν τὸ εἰρημένον. Πλὴν τοῦτον μὲν περὶ πάντων ὡς εἰπεῖν τινὰ κριτικὸν νομίζομεν, ἕνα τὸν ἀριθμὸν ὄντα· τὸν δὲ περί τινος φύσεως ἀφωρισμένης, εἴη γὰρ ἄν τις ἕτερος τὸν αὐτὸν τρόπον διακείμενος τῷ εἰρημένῳ περὶ ἓν μόριον. Ὥστε δῆλον, ὅτι καὶ τῆς περὶ φύσεως ἱστορίας δεῖ τινας ὑπάρχειν ὅρους τοιούτους, πρὸς οὓς ἀναφέρων ἀποδέξεται τὸν τρόπον τῶν δεικνυμένων, χωρὶς τοῦ πῶς ἔχει τἀληθὲς, εἴτε οὕτως, εἴτε ἄλλως. Eiusmodi hominis πεπαιδευμένου iudicio simile si meum lectoribus visum fuerit, gaudebo; plus mihi nunquam vindicabo. Quod ad ipsam plantarum a Theophrasto vel descriptarum vel nominatarum notitiam attinet, interpretis officio satis mihi videor fecisse scriptura vulgata diligenter cum libris scriptis veterumque scriptorum testimoniis vel interpretationibus comparanda, constituenda et, quantum scientia rei herbariae mea sufficiebat, interpretanda. Omnes autem omnium rei herbariae scriptorum, qui post renatum in Italia literarum antiquarum et rei herbariae studium historiam Theophrasti attigerunt et cum plantis sibi notis compararunt, opiniones vel referre vel iudicare nec volui nec potui propter immensam librorum multitudinem, neque operae pretium facturus eram, cum plures librorum horum auctores a sermonis graeci scientia imparati et Gazae interpretatione textus lacunosi et vitiosissimi contenti ad plantarum Theophrastearum historiam accesserint, itaque coniecturis leviesimis et vanissimis saepe indulserint. Multo quidem facilius hodie coniicere atque plantas Theophrasteas periti agnoscere possent, si votis eruditorum hominum fructus ex iterato per Graeciam et Asiam itinere Britanni *Sibthorpii* relati respondissent. Icones quidem pulcherrimas in itinere repertarum stirpium admiramur: sed descriptio earum post mortem Sibthorpii a Smitho, cive eius, facta ex Iconibus, non ex ipsa natura translata, nec e notitiis a Sibthorpio collectis composita, desiderium lectoris curiosi plurimis in locis et rebus destituit: nec dispersae eiusdem Sibthorpii annotationes in *Walpolii* Notitiis per regnum Turcicum collectis ad agnoscendas atque interpretandas Theophrasti aut Dioscoridis plantas plus subsidii afferunt. Nomina quarundam hodie in Graecia usitata apposuit, in quibus interdum vestigia vetustorum agnoscere licet, sed dubitatio superest,

ea cum Theophrasti an Dioscoridis plantis conveniant. Alia ex rudibus atque imperitissimis Dioscoridis Vindobonensis picturis credulus transscripsit. Quid multa? Mihi videtur integra laus superesse viro botanicao scientiae perito nec sermonis graeci plane ignaro, e notitiis et nominum reliquiis inter se accurate comparatis et cum Iconibus Sibthorpianis collatis plantarum a Theophrasto et Dioscoride vel descriptarum vel nominatarum agnoscendarum et interpretandarum. Redeo nunc in viam, et appono virorum doctorum de methodo Theophrasti iudicia.

In partium numero, ordine, natura, atque adeo nominibus enarrandis atque explicandis discipulum a doctrina magistri desciuisse interdum, post Scaligerum monuit et comparatis utriusque scriptoris locis accurate docuit Accorambonus p. 711 — 714. Scaliger initio annotationum ad librum nonum historiae: Hoc libro, inquit, variam texit historiam. Agit enim de partibus liquidis, quae reliquae erant. In hoc minus secutus praeceptoris instituta. Is de animalium partibus dicturus in historia, divisit eas in consistentes et liquidas. Deinde post hanc narrationem, quae partibus debebatur, longe diversus abit ad plantas peregrinas. His interpositis ad succos redit. Post haec immiscet herbas vernaculas et medicamenta, tum autem revertitur ad peregrinas. Haec Scaliger: qui si voluit ordinem ipsum rerum in hoc libro nono tractatarum reprehendere, et si quem partibus liquidis enarrandis deberi, alienis ab hoc argumento rebus occupatum locum esse putavit, in eo videtur mihi fecisse iniuriam Theophrasto. Is enim statim initio historiae partes plantarum consistentes et liquidas distinxit et breviter enarravit. Et solidarum quidem partium naturam et usum ceteris in libris per classes et genera eundo satis diligenter recensuit: liquidarum autem naturam et usum, qui praecipue in viribus plantarum a medicis et pharmacopolis spectabatur, hoc nono libro explicandum reservavit. Rationem eam, qua hodie in libro hoc nono argumentum tractari videmus, minime omnium reprehensione carere, facile lector attentus agnoscet; sed supersunt etiam vestigia multa eaque manifesta corruptelae, quam tum temporis vetustas et iniuria, tum librariorum ignorantia et negligentia libris Theophrasti intulerunt. Itaque ordinem perversum et praeposterum argumenti tractati non licet ubique nec totum supinitati scriptoris assignare.

Simile fere iudicium fuit Accoramboni in Appendice annotationum ad historiam, his verbis perscriptum p. 712. „*Hac*

methodo et ordine usus est Theophrastus in tradendis causis et historia plantarum, ut vidimus. At si extarent libri de plantis Aristotelis, qui temporum iniuria perierunt, forsan alium ordinem aliamque methodum inveniremus ab hac multum diversam. Puto enim, quod ea doctrina tradiderit scientiam de plantis, qua docuit historiam et causam animalium. Prius enim docuit causas partium animalium libris de partibus animalium; postea tractavit de illo animali affectu, qui ex partibus oritur, seu potius de partibus quibus animal progreditur in libro de animalium progressu, et hoc quoad causam materialem animalium. Postea tractat de anima, et praecipue de anima sensitiva, ut de formali causa. Mox de his affectibus, qui ab anima proficiscuntur, ut de sensu et sensili, de memoria, de somno et vigilia et reliquis. Deinde de causa efficiente et generante animalia tractat in libris de generatione animalium. Mox de affectibus, qui a generante causa et efficiente procedunt, ut de longitudine et brevitate vitae, de iuventute et senectute, de vita et morte, et tandem de sanitate et aegritudine, ut ibi notavimus. Similiter in tradendis causis plantarum prius agendum erat de materiali causa, utpote de partibus plantarum, qui libri puto quod in operibus Theophrasti desint, quia in historia de partibus in principio de his tractat. Ideo in causis prius de his erat agendum, mox de his affectibus, qui partes et materialem causam insequuntur, ut de sapore, odore, succis, medicamentis, venenis, et huiusmodi. Postea erat tractandum de formali causa, utpote de anima vegetativa et eius partibus, nutritiva videlicet, augmentativa, distributiva et reliquis. Mox de affectibus, qui hanc animam insequuntur, ut de nutrimento, de cultura, de augmento, de vegetatione, de germinatione, fructificatione, et huiusmodi, universaliter de omnibus, et particulariter de singulis generibus plantarum. Postea de generatione plantarum et de efficiente causa agendum erat. De generatione omnium plantarum in universum, quae fiunt vel ab natura vel ab arte, postea particulariter de singulorum generum generatione, de arborum silvestrium generatione, de domesticarum arborum ortu, de virgultis, de coronariis, de oleribus, de frumentaceis, de leguminibus et cet. Demum de his, quae hanc causam insequuntur, et ab ea prodeunt, ut de longitudine et brevitate vitae, de iuventute et senectute, de vita et morte, et de sanitate et aegritudine plantarum;

unde totum tractatum de plantis optime peractum esset." Sequitur hoc iudicium collectio locorum Aristotelis, in quibus fit mentio de natura plantarum et earum causis, a pagina 712. usque ad 714., unde excerpta deinceps ponam de singulis partibus plantarum loca, postea vero ea, quae de universa earum natura tractant. In fine annotationum ad sextum de causis librum p. 727. haec subdidit: „*Hic tantum tractavit de odoribus, qui ex plantis oriuntur, seorsum vero tractat de omnibus speciebus odorum in opusculo de odoribus, quod habemus infra. Sed puto deesse saltem librum unum Theophrasti, in quo tractare debebat de succis et de medicamentis plantarum, et de venenis, ut fecit in ultimo libro de historia plantarum. Nam in hoc libro pauca quaedam tetigit de succis et de medicamentis, quatenus conferunt ad notitiam saporum et odorum.*"

Gravior est censura Iul. Caes. Scaligeri initio annotationum ad libros de Causis proposita his verbis: „*Ac mihi quidem videntur illi prisci sapientes artium atque scientiarum vel inventores vel cultores minus exacte quaedam tradere coacti. Sic enim comparatum est in natura omnium principiorum, ut, quoniam semina cohibeant in se omnia futurae molis, confusa multa contineant. Quamobrem ut quicque venerat in mentem, saepe importuna invasione aliarum commentationum sedes occupavit. Quo factum est, ut non pauca videamus coacervata, alia repetita, plurima inculcata, nec pauciora praepostera. Id quod cum in aliis observavimus auctoribus, quos honoris causa non nomino, tum his in libris etiam licet animadvertere. Principio non recte videtur a mitibus arboribus auspicatus ad silvestres transisse: sunt enim silvestres utroque modo notiores nobis, et natura scilicet et facilitate. Neque tueri possumus hoc divini praeceptoris exemplo, qui in historia corporis humani partes extimas pro formula statuit ad cognitionem partium, quae in aliis animalibus consideranda sunt, quasi maxime nobis notas ad ignotiores agnoscendum. Non enim ratio par. Nam homo sibi praesens est: arbores mites nihilo magis vel praesentes vel obviae vel frequentes, quam ipsae ferae. Quocunque oculos circumtuleris, naturam invenies suo de sinu pandentem sponte opes suas, suaeque arti proponentem, quae imitanda tibi sint, exemplaria, tuumque studium operas similitudine provocantem. Tum vero quis nescit insitiones ipsas et sero invectas et saepe a natura repudiatas, non*

recte priore loco positas ab hoc viro, quam eam generationem, quae quotidie videtur, etiam invitis nobis occupare arva ipsa vel summis artibus exculta? Quis enim non videt, tribulos et scolymos et anemonas et lumas naturae consilio et obstrepere iam positae operae, et augere futuram? Praeterea, quae suis monebimus locis, multa confundit, multa repetit: quaedam tam perplexe atque misere tractat, ut explicatio longe maiorem pariat dubitationem, quam ipsa quaestio. Illud non potest ferri, cum prius de morbis egit, quam de affectibus naturalibus. Nam si morbus est constitutionis depravatio, quis neget, prius agnoscendas ipsas qualitates, quam earum vitiationes? Nam et hoc apud medicum inprimis consideratur in qualibet aegritudine, quo quisque habitu prius fuerit naturali. Haec enim est primaria indicatio. At iste ultimo loco docuit, quibus principiis sapores in plantis odoresque constarent: quorum corruptionem in ipsa substantia depravata iam legebamus in praecedente libro. Sic igitur et commodius et prudentius statuisset. Plantarum caussa atque principium seminium quoddam est: sed aliis manifestum, aliis occultum. Sunt enim certis locis principia caelestia quaedam, quibus elementorum mistiones animantur in plantas: quales eae sunt, quae sponte dicuntur provenire. Aliae generantur ex plantarum partibus sese prorogantibus, ut quae pullulant ab radice: aliae ex plantae parte separantur, ut ex talea, paxillo. Nonnullae ex plantae foetu, quod semen appellatur. Eiusmodi duo; aut enim idem generatur specie, ut e glande robur: aut proportione, ut e brassicae semine rapum. Similis taleorum rationi est insitio: quippe huic surculo matrix arbor est, sicut terra taleae. Avulsiones autem nihil mutant aut addunt naturae praeter locum. Radix enim iam produxit: unde et viviradices appellamus: ars vero transferat. Horum igitur modorum maior atque potior pars cum sit in feris plantis, ab his primam exordiri par est. Secundo loco transferenda opera in caussas cicurum plantarum. Et quia sunt arborum naturae praestantiores, ab arboribus prius incipiendum. Hic vero explicaret in feris τὰς ἐπαλλοκαύλους, scilicet quae sine aliarum opera consistere nequeunt: simul quae non nisi in aliis proveniunt, ut viscum. Atque huic naturae adiungeret artem insitionum. Tertio loco diceret de virgultis sive fruticibus, et quae ipse vocat coronaria. Ac deinde de oleraceis. Quarto

de frugibus: sunt enim oleribus posteriores. Tum sequerentur affectus naturales, scilicet odor et sapor, atque etiam color: quem tamen omisit ipse. At non praeteriit auctor eorum librorum, qui Aristoteli attribuuntur. Et sane quaerendum fuerat, quare viriditas paene omnibus communis. Cur deficit truncos veterascentes: quamobrem ligna viridia nulla, lutea nonnulla, rubra aliquot. Quae causa buxum novellam facit dilutiore viriditate, vetulam fusciore. Contra in aliis frondes per initia saturo virore, declivi aetate fiunt pallidiores. Qui fiat, ut autumno vitibus, rubis, malis, sorbis videamus folia viriditatem cum rubore commutare? Sunt et speciebus quibusdam odores peculiares, ut bistortae: subtus enim foliorum superficies caesia est. Cyclamino rubra. Atriplex tribus coloribus totidem species distinguit, sicut et beta, viridi, pallido, sanguineo. Sunt et alia generis eiusdem in floribus, in radicibus, in fructibus: quae omnia nobis fuerant hic excussa, ad suam quicque causam reducenda. Ac post haec morborum seu vitiorum considerationis postremus fuerat relictus locus."

Quo iustius utriusque iudicii veritatem lector aestimare possit, aequum est considerare singularum partium historiam: ubi apparebit, quae et quanta sit opinionum diversitas magistri et discipuli. Huius deinde causam investigare conabor, et simul quaeram, si qua est methodi diversitas in tractanda plantarum historia et natura earum explicanda, quae satis certis argumentis e libris reliquis Aristotelis demonstrari possit, num ex ingenii acumine inferioris imbecillitate Theophrasti, an ex aliis quibusdam causis eam ortam esse existimem.

Primum igitur de radice videamus, quam Aristoteles cum capite animalium comparavit. Locus est princeps de motu animalium cap. 4. quem ex interpretatione Nicolai Leoniceni ponam: „*Dimensiones, quibus disterminari possunt animalia, numero sunt sex, summum videlicet et imum, ante et retro, dextrum et sinistrum. Summum autem et imum omnia habent viventia, non solum animalia, sed etiam stirpes. Distinguitur haec dimensio non solum situ versus terram et coelum directo, sed etiam actione. Unde enim alimenti distributio singulis fit et incrementi accessio, id summum sane est: quo autem istud pergit, id est imum. Illud enim initium quoddam est, hoc autem finis. Initium autem est id, quod summum: quanquam stirpibus proprium magis videri potest id, quod est imum. Non enim similis*

est situs imi et summi in his et in animalibus. Scilicet ad universum hoc dissimilis quidem videtur, sed actio similem facit. Radices enim summum habent in stirpibus: inde enim alimentum distributum omnibus, quae e terra nascuntur, plantae ita accipiunt, ut animalia ore recipiunt." Alter est de vita et morte cap. 1. quem Accorambonus ita vertit: „*Omnia habent summum et imum: quare et plantae habent. In medio autem utriusque est principium nutritivum. Partem enim, qua recipitur alimentum, summam vocamus respectu actus ipsius, non respectu ambientis universi: imam vero appellamus, quae excrementum summae emittit. Contrario autem modo se habet hoc in animalibus et plantis. Homini enim, quia erectus incedit, inter omnia animalia hoc maxime datum est, ut superior vel summa eius pars mundi superiori parti respondeat. Aliis vero in medio est. Plantae vero, propterea quod sunt immobiles, atque alimentum e terra recipiunt, ut eam partem semper imam vel infra habeant, necesse est. Radix enim plantarum respondet ori animalium actione et usu alimenti, ab illis quidem recipiendi a terra, ab his vero ipsis quaerendi et capiendi.*" Cum hac doctrina congruit locus de longitudine vitae cap. 6. ubi est: „*In genere plantarum, quae caput grave habent* (τὰ κεφαλοβαρῆ), *longioris vitae sunt: tales autem annuae non sunt, sed arbores. Radix enim in plantis summi et capitis locum obtinet. Contra annuae incrementum et fructum deorsum agunt et ferunt. Qua de re seorsum in libris de plantis dicitur.*" Demique de anima 2, 4. contrariam appellationem situs superioris et inferioris partium plantarum in Empedocle reprehendens addit: *si decet organa alia atque eadem dicere, non situ aestimantes, sed actione*.. Hic magna statim occurrit nobis doctrinae differentia non solum in comparatione partium animalium et plantarum, sed etiam in nominibus et vocabulis, quibus partes istae appellantur. Theophrastus enim in historia 1, 6, 8. 7, 2, 8. κεφαλοβαρῆ vocat bulbos et bulbacea plantarum genera, quae radicem maiorem quam pro ratione caulis et foliorum et fere formam capitis humani habent. Eadem τῶν λαχανωδῶν τὰ κεφαλόῤῥιζα videntur esse hist. 1, 14, 2. et manifesto allium, cepa, bulbus et arum inter κεφαλόῤῥιζα nominantur 7, 2, 1. Hoc vero genus totum vel annuum vel bienne atque omnino brevis est vitae. Contra Aristoteles κεφαλοβαρῆ arbores vocat, quoniam radices longe lateque extendunt et in profundum

demittunt, vitamque omnium plantarum longissimam producunt. Non dubitari potest, vocabula κεφαλόριζα et κεφαλοβαρῆ usu vulgari Graecorum fuisse frequentata, unde accepta, ut cetera plantarum nomina vulgaria, Theophrastus usurpavit. Quorum significatio, nisi fuit ad similitudinem formae capitis humani tantum relata, quam opinionem inducere possit vocabulum κεφαλόριζα, indicare videri potest initia opinionis ab Aristotele susceptae et argumentis quibusdam firmatae, quae plantarum radicem cum capite animalium comparabat. Theophrastus autem ab ea paulum descivit; radicem enim cum ventriculo animalium comparavit c. pl. 6, 11, 5. αἱ ῥίζαι ὡς κοιλίαι τοῖς φυτοῖς εἰσὶ πάντως. Contra magister de partibus animalium 2. c. 10. „*Stirpium*, inquit, *genus, nam id quoque vivere statuimus, locum supervacui excrementi nullum habet: alimentum enim concoctum a terra accipit: sed vice excrementi semen et fructum emittit. — Sed stirpium natura, quoniam stabilis est, non ex multis ac variis speciebus partium dissimilarium constat, quoniam paucorum organorum usus ad paucas actiones requiritur. Quare seorsum de plantarum forma agendum est.*" Vides, radicem alvi locum tenere in plantis ex Aristotelis opinione. Accorambonus ex hoc eodem loco posuit p. 726., ideo in stirpibus nullum excrementum contrahi, terra enim caloreque eius perinde ac ventriculo uti. Quae sunt ducta partim e loco de part. 2, 3. ubi est: *Plantae alimentum iam concoctum e terra hauriunt: quocirca excrementum iis nullum secernitur: terra enim et calore eius perinde ac ventriculo utuntur.* Similiter de part. 4, 10. ubi progressionem naturae in formandis corporibus animalium respectu positionis capitis exsequitur: *Denique fit planta, superiore parte in inferiorem conversa. Radix enim plantarum vim obtinet oris et capitis. Semen contrarium situm habet in summis ramis.* Denique in libro de respiratione cap. 17. *Interitus*, inquit, *omnium animalium perfectorum ab ea parte oritur, in qua est principium vivendi* (οὐσίας ἀρχή), *id est ea, quae partem eorum superiorem et inferiorem coniungit; quod facit in sanguineis animalibus cor, in exanguibus pars cordis vicem gerens: in plantis vero superiorem et inferiorem partem coniungit pars inter radicem et germen media.* De excrementis repetit de part. 4, 5. et quaedam adiungit, quorum sensum alienum posuit Accorambonus. Ita vero philosophus, ubi tethyi naturam et formam describit. Duo eius foramina

unamque aperturam ponit, qua aquam recipiat et reddat. Tum addit, tethyum, et si quod ei simile est animal, recte cum plantis comparari: οὐδὲ γὰρ τῶν φυτῶν οὐδὲν ἔχει περίττωμα, διὰ μέσου δὲ διάζωμα, ἐν ᾧ τὸ κύριον ὑπάρχειν εὔλογον τῆς ζωῆς. quae Gaza vertit: *Praecingi vero per medium tenui quadam membrana, in qua vitae principatus sit, rationi congruum est.* Contra Accorambonus p. 712. *per medium vero tenuis medulla, in qua verisimile est consistere principium vitae.* Verum ipse locus accurate consideratus docet, postrema verba referri ad tethyum, non ad plantam, cuius medulla vocabulo διάζωμα minime omnium signari potuit.

Atque haec sunt loca omnia, quae de partibus plantarum externis earumque officiis in Aristotele extant, nisi quod infra mentio iterum fiet de radicum vi, quam habent ad plantarum vitam producendam. Partium internarum nullam usquam a magistro memoratam memini, nec ex eius scriptis quicquam Accorambonus annotavit. Pauca discipulus de iis docuit historiae 1, 2, 5 seqq. qui monuit, paucas propria sibi vocabula habuisse, veluti ξύλον, φλοιὸς et μήτρα, id est lignum, cortex, matrix: quanquam de tertio dubitari potest, quod commune animalium feminis esse videtur: reliquae fuerunt a similitudine quadam vel naturae vel situs vel usus earundem in animalibus appellatae, veluti φλέβες, ἶνες, σὰρξ, μυελός; quo postremo vocabulo aliqui significarunt intimam ligni partem, quam alii μήτραν, alii καρδίαν vocarunt: id quod testatur etiam Codicis Urbinatis egregium supplementum. In explicandis his partibus earumque nominibus Theophrastus brevitate nimia usus multum interpretibus negotii fecit. Difficultatem a rerum verborumque obscuritate ambigua ortam mirifice auxit Plinius, cum graeca Theophrasti aliorumque philosophorum scripta interpretaretur. Is enim ea, quae Theophrastus aliique, addita metaphorae nota, ut dissimilitudinis reprehensionem effugerent, vocabula modeste posuerant, veluti Theophrastus, ubi μήτραν tertiam a cortice partem definit οἷον ἐν τοῖς ὀστοῖς μυελόν, tanquam propria confidenter usurpavit, imo eorum ipsorum significationem interdum variavit atque obscuravit. Locus est classicus libri 16. c. 38. sect. 72. *Humor et cortici arborum est, qui sanguis earum intelligi debet, non idem omnibus. — Atque in totum corpori arborum, ut reliquorum animalium, cutis, sanguis, caro, nervi, venae, ossa, medullae: pro cute cortex. — Proximi plerisque adipes; ii vocantur a colore*

alburnum, mollis ac pessima pars ligni. — Subest huic caro, cui ossa, id est materiae optimum. — In quarundam arborum carnibus pulpae venaeque sunt. — Quibusdam sunt tubera, sicut sunt in carne glandia. In iis nec vena nec pulpa, quodam callo carnis in se convoluto. Hoc pretiosissimum in citro et acere. — Fagis pectines transversi in pulpa. — Quibusdam pulpa sine venis, mero stamine et tenui constat. Sufficit hic locus solus ad demonstrandum ineptissimum vocabulorum ab animalium corpore translatorum abusum, qui regnavit in botanicis scriptis etiam recentiorum usque ad ea tempora, quibus Malpighius anatomiam plantarum, contemta animalium comparatione inutili, verioribus principiis fundatam vocabulis aptioribus illustrare coepit. Verum ipse Plinius, quanquam rerum naturae non peritissimus, non excogitavit tamen vocabula aliena a stirpium natura, sed reperit usurpata a vetustioribus scriptoribus, qui partim agricolarum loquendi usum secuti, neglecta interiorum partium accuratiore notitia atque observatione, rebus dissimillimis vocabulorum ab animali corpore translatorum usum accommodare conati sunt. Testimonium Plinio dicet Columella, qui vitium culturam tractans libri 3. c. 10. paene omnium corporis humani partium externarum vocabula ad vites transtulit, modeste tamen haec sect. 9. praefatus: *si modo, ut in corporibus nostris propria sunt officia cuiusque membri, sic et frugiferarum stirpium partibus propria munia.* Idem paulo antea medullae officium in vite his verbis persequitur sect. 2. *Naturali enim spiritu omne alimentum virentis quasi quaedam anima per medullam trunci veluti per siphonem trahitur in summum: quo cum pervenerit, ibi consistit atque consumitur. Unde etiam materiae vehementissimae reperiuntur aut in capite vitis aut in crure vicino radicibus.* Similis est locus Plinii 17. c. 21. *Vitium surculi et quarundam arborum, quibus fungosior intus natura est, geniculatis scaporum nodis intersepiunt medullam. Ferulae* [*Fistulae* Dalecampius] *ipsae breves, et ad summa breviores, articulis utrique duobus internodia includunt. Medulla, sive illa vitalis anima est, ante se tendit longitudinem impellens, quamdiu nodi pervia patet fistula. Cum vero concreti ademere transitum, repercussa erumpit ab ima sui parte, iuxta priorem nodum alternis laterum semper inguinibus, ut dictum est in arundine ac ferula: quorum dextrum ab imo intelligitur articulo, laevum in proximo, atque ita per vices.*

Hoc vocatur in vite gemma, cum ibi cespitem fecit. Ante vero quam faciat, in concavo ocellus, et in cacumine ipso germen. — mirumque esse in dextra parte genita firmiora. De arundine similiter 16. c. 36. s. 65. *Latera arundini calamoque in rotunditate bina, super nodos alterno semper inguine, ut alterum ad dextra fiat, alterum superiore geniculo ad laeva per vices. Inde exeunt aliquando rami, qui sunt calami tenues.* De ferula 13. c. 22. sect. 42. vocabulo *inguen* abstinuit, nec latus dextrum sinistrumve memoravit. Theophrastus autem, a quo Plinius ferulae et arundinis notitiam transtulit, in utraque stirpe vocabulo *inguen* et significatione dextri laevique lateris abstinuit. Compara historiae 6, 2, 8. Dextri et sinistri notionem Aristoteles de animalium incessu c. 4. propriam assignavit animalibus iis, qui corpore moventur, et in progrediendo dextrum latus pedemque anteponunt. Rotunditas igitur stirpium immobilium dextro et sinistro latere carere debet. Semel tamen, si recte memini, Theophrastus in plantis hanc significationem laterum posuit.

Sed ad Aristotelem eiusque doctrinam reliquam de plantis per libros superstites dispersam revertor comparandam. In qua primum locum merentur loca de sexu et generatione plantarum. Primum igitur de generatione animalium 1, 1. „*Arborum quaedam species congeneres fructum ferunt; aliae ipsae quidem non ferunt, aliarum vero fructus maturandos iuvant, quod in fico et caprifico accidit. Generationis quoque ratio eadem in stirpibus est, quarum aliae semine oriuntur, aliae sponte naturae. Nascuntur enim aut e terra putrescente, aut e partibus plantarum quibusdam. Sunt enim quae per se seorsum nunquam oriuntur, sed in aliis stirpibus generantur, veluti viscum.*“ Ubi obiter moneo graeca vitiosa ita e versione et codice Guilelmi corrigenda esse: *γίνεται γὰρ ἢ ἐκ σηπομένης τῆς γῆς, ἢ μορίων τινῶν ἐν τοῖς φυτοῖς· ἔνια γὰρ αὐτὰ μὲν οὐ συνίσταται καθ᾽ αὑτὰ χωρὶς ἐκ τῆς γῆς, ἐν ἑτέροις δὲ γίνεται δένδρεσιν, οἷον ἰξός.* Vulgo est ἢ τῆς φύσεως σηπομένης τῆς γῆς — χωρὶς, ἐν ἑτέροις. Alter locus est 1. c. 23. „*In plantis,* inquit, *facultas generandi gemina mista est, nec mas a femina separatus. Quam ob causam ipsae ex se generant, nec genituram emittunt, sed conceptum, quod semen vocatur. Et recte Empedocles arbores oviparas dixit. Ovum enim conceptus est, et e parte aliqua ovi oritur animal; reliquum in alimentum ovi cedit. Similiter e parte*

seminis planta oritur, reliquo germen et prima radix alitur. Hoc idem fit quodam modo in iis quoque animalibus, quae sexu distincta sunt. Cum enim impetus generandi incessit, separatio ista sexus quasi cessat, ut in plantis, et natura separata coeundo unire gestit: quod apparet, cum sexu utroque coniugata et commixto unum ex duobus animal factum videtur. Ubi vulgo legitur: ὅταν γὰρ ἦν γένηται καὶ γεννᾷ, γίνεται ἀχώριστον. Guilelmus vertit: *cum enim fuerit opus generare, fit non separatum.* Legit igitur rectius scriptum ὅταν ἔνδεια γένηται τοῦ γεννᾶν: quod deinde significat verbis ὅταν δέηται ἀποτελεῖν τὸ τοῦ ζῶντος ἔργον, τότε συνδυάζεται καὶ μίγνυται. Pergit Philosophus: *Post coitum peractum animalia separata plane similia videntur esse plantis separatis, perinde ac si plantas quoque, postquam semen attulerunt, dissolvas et separes in sexum ipsis insitum maris ac feminae. Recte autem haec ita natura ordinavit. Plantarum enim natura, vita et munus absolvitur hac una actione seminis et fructus procreandi: quod cum maris ac feminae coitu efficiatur, miscuit natura sexum utrumque in plantis."* Tertius locus est 3. c. 11. ubi generatio ostracodermorum quorundam comparatur cum plantarum generatione: δεῖ δὲ λαβεῖν τὰς γενέσεις τὰς τῶν φυτῶν. τούτων γὰρ γίνονται τὰ μὲν ἐκ σπέρματος, τὰ δ' ἀπὸ αποσπασμάτων ἀποφυτευομένων, ἔνια δὲ τῷ παραβλαστάνειν, οἷον τὸ τῶν κρομμύων γένος.

De generatione seminis loquitur de Iuventute et Senectute c. 3. ubi similitudinem insectorum et plantarum tractat, quae divisa vivere possunt. *Manifestum,* inquit, *hoc est in plantis et animalibus: in plantis, cum generationem earum e semine, e plantis et ex inoculatione consideramus. E semine enim cum proveniunt, generatio incipit e medio. Omnia enim semina sunt duplicia et quasi bivalvia, atque is locus, quo plantae adhaeserant, inter utramque partem medius est. Hinc enascitur caulis et radix virescentium. Principium enim generationis in medio ipsorum situm est. In plantatione vero atque insitione fit idem in nodis. Nodus enim rami principium generationis et simul medium locum habet: quare aut demunt hoc, aut huc inserunt, ut aut ramus aut radices hinc enascantur. Nam principium fit e medio caulis et radicis, quemadmodum in animalibus sanguineis primum cor generatur.* Quo in loco magistri doctrinam deseruisse videtur discipulus, qui semina quidem omnia διμερῆ quodammodo, sed leguminum praecipue

σύνθετα καὶ διάθυρα esse ait, cum hoc discrimine, ut haec ex uno eodemque loco radicem et cauliculum emittant, illa vero, praecipue frumentacea oblonga, ex infimo radiculam, ex opposito vero cauliculum. Hist. pl. 8, 2, 2. Quam distinctionem plures viri docti fuerunt qui manifesti erroris arguerent. Contra Theophrastus sententiam magistri de ortu germinis et radicis ex ea parte seminis, qua adhaeserat stirpi, correxit, cum semina nucis, amygdalae et similia exciperet, quorum germen e contraria parte exit. Repetit Aristoteles eadem de gener. anim. 3, 2. ubi ovorum cum seminibus comparationem exsequitur: *Quemadmodum*, inquit, *ovum parte acuta, qua matrici adhaeserat, et qua germen vitale inest, post latiorem exit, ita semina plantarum principium vitale habent ea in parte, qua vel ramis vel putaminibus vel fructuum pulpis* (pericarpiis) *adhaerent. Quod manifestum praecipue est in leguminibus; qua enim parte, quae videlicet oculus dici solet, bivalvis natura fabae et ceterorum leguminum adhaeret, in ea principium vitale inclusum haeret.* Ubi verba ἐν τῷ λεγομένῳ ὄμματι Gaza et Guilelmus omiserunt: nec usquam de umbilico leguminum ceterorumque seminum vocabulum id usurpatum legi, sed in vite gemmam ὀφθαλμὸν cum Aristotele Theophrastus dicere solet.

Pergit Aristoteles de gener. 2, 6.: *Ut embryonis pars superior, id est caput, primum nascendo excluditur utero, ita in plantis pars superior prior exit: radicula enim antecedit ramos* (πτόρθους). *Antea vero germen alitur intra semen ipsum parte eius lactea.* Ita de gener. anim. 2, 4. ubi τὸ φαινόμενον πρῶτον γαλακτῶδες dicit. Gaza vertit *primum quod lacteum dicitur.* Guilelmus vero rectius verbum φαινόμενον omisit. Theophrastus c. pl. 1, 7, 3. ubi idem argumentum tractat, τὰ διαβλαστάνοντα γαλακτοῦσθαι dixit: sata vero lactentia, ubi nimiae terrae humiditate degenerant et pereunt, ἐκγαλακτοῦσθαι hist. 8, 6, 1. ἡ μὲν γὰρ ὑγρὰ καὶ πηλώδης διαχεῖ καὶ ἐκγαλακτοῖ c. pl. 3, 23, 1. unde ἐκγαλάκτωσις c. pl. 4, 4, 7. et 9. ubi vide annotata p. 509. De alimento seminum adultorum haec annotavit Aristot. de generatione et corruptione 2. c. 8.: *Quaecunque uno elemento ali videntur, veluti plantae aqua, pluribus tamen nutriuntur. Aquae enim terra admista est. Quare et agricolae plantas aqua stercori mista irrigare solent.* ubi verba μίξαντες κόπρον ἄρδειν redintegravit Camotiana editio, addito vocabulo κόπρον, quod vulgo cum ceteris Editionibus Gaza et

Guilelmus omittunt. Haec est χύλωσις, quam dixit Theophrastus h. pl. 7, 5, 1. ubi vide annotata p. 579.

De generatione plantarum marinarum ubi loquitur de gener. anim. 3. c. 11., simul etiam de generatione e terra et putredine tradit his verbis: *Genus plantarum in mari et locis huiusmodi paucum et fere nullum gignitur: in terra autem haec omnia nascuntur. Habent enim naturam proportione respondentem et discrepantem. Quanto enim vitalior humiditas quam siccitas, et aqua quam terra, tanto natura testaceorum quam plantarum vivacior est: alioqui talis horum est natura, ut, quemadmodum plantae ad terram se habent, ita testacea ad humidum se habeant, et plantae sint tanquam testacea terrestria, testacea vero tanquam plantae aquaticae. Quapropter quae gignuntur in humido, eorum forma magis variatur, quam terrestrium. Humor enim naturam faciliorem ad fingendum habet. — Omnia, quae sponte sua gignuntur, aut in terra aut in aqua cum putredine gignuntur, et admisso imbre. Cum enim pars eius dulcis ad principium vitale secernitur, reliqua talem accipit formam. Nihil autem gignitur putrescendo, sed potius concoctione. Putredo autem et putridum e concoctione velut excrementum superest. — Nascuntur autem in terra et in humido tum animalia tum plantae, quoniam terrae humor, aquae vero spiritus, toti autem huic universo vitalis atque animalis quidam calor inest, ita ut quodammodo omnia animae sint plena. Igitur celeriter ad generandum transit, cum fuerit alicubi conclusa; quod fit, cum humor crassior et quasi corporeus incalescit, et quasi in bullam spumosam coit. — Quod igitur in animalibus calor ex alimento efficit et secernit, idem (in testaceis marinis) calor tempestatis in ambiente aere e mari et terra coniunctum concoctione efficit et format. Quod autem conclusum aut secretum fuerit in spiritu principii animalis, conceptum vel embryonem efficit, motumque indit. Generatio igitur plantarum spontanea simplex est et uniformis: fit enim ex una parte, quae partim principium vitale habet, partim alimentum primum nascenti praebet.*

De somno plantarum obiter brevem mentionem iniecit de gener. anim. 5, 1. ubi de somno infantium: *Si animal,* inquit, *habere sensum oportet, et tunc primum animal est, cum primum sensus contingit, primum illum habitum infantium non somnum, sed similem somno esse putandum, qualis plantarum est. Etenim ita accidit, ut per id tempus vitam*

plantae animalia vivant. Plantarum autem somnus nec esse nec dici potest: omnis enim somnus expergiscibilis est. Affectio autem ista plantarum, quae cum somno comparari potest, expergefactionem non habet. In libro de somno et vigilia c. 1. ait: *Planta omnis sensu caret, igitur et somno; sine sensu enim nec somnus nec vigilia locum habet. Quibus autem sensus contigit, iisdem quoque dolor, gaudium et omnino laetitia competit. Nihil autem horum in natura plantarum inest, argumento manifesto, quod facultas nutritiva potius per somnum quam per vigiliam agit. Nutriuntur autem et augentur nunc magis, tanquam non egentes ad haec sensu.* Quem plantarum somnum intelligi voluerit Aristoteles, equidem divinare non audeo. Theophrastus semel, si bene memini, foliorum pinnatorum somnum commemoravit.

De vita plantarum longa vel brevi causisque eius discriminis ita disputat Aristoteles de eo argumento scripti libri c. 6. *In plantarum genere reperiuntur quaedam longissimae vitae, et magis quam in animalium classe. Primum quidem, quoniam minus humecta sunt natura, quae non facile congelascit. Altera causa est in earum pinguetudine et viscositate sita, quoniam siccae et terrenae naturae tamen humorem non facile exarescentem habent. Longaevitatis autem arborum causa repetenda est a natura earum, quam diversam a ceteris animalibus cum solis insectis communem habent. Semper enim plantae renovantur, ideoque diu vivunt. Assidue enim germina et surculi permutantur, et senescentibus iuvenculi succedunt. Idem fit in radicibus, non simul tamen: sed aliquando solus caudex cum ramis perit, novusque suboritur. Quod cum fit, radices e prima stirpe renovantur; et sic continue pars interit, altera vero subnascitur. Hinc vita arborum longa. Similes autem plantae sunt insectis, ut antea dixi. Divisae enim vivunt, et ex uno corpore duo et plura fiunt. Insecta vero vivere quidem possunt, sed non diu: carent enim organis: neque haec singulis partibus natura eorum generare valet. In stirpibus autem natura ubique disposuit germina radicis et caulis: a quibus assidue enascuntur novae partes, dum aliae senescunt et moriuntur; ita ut parum differant longaevitate a plantariis, quae sunt partes corpori demtae. Omne discrimen in eo est, quod planta a corpore materno separatur, ibi autem continuitas corporis non solvitur, quoniam vires generandi per totum corpus disseminatae reperiuntur.* (Eadem paulo auctiora repetuntur de Iuventute c. 2.) *Ceterum in stirpibus idem quod*

in animalibus accidit, ut marium vita plerumque sit longior. Horum vero partes superiores maiores inferioribus sunt; genus enim masculum magis naniforme quam foemineum. Calidum autem dominatur in parte superiore, frigidum autem inferiora obtinet. Et in plantis eae, quae caput praegrave habent, longioris sunt vitae. Tales autem sunt non annuae, sed arborescentes plantae. Cetera supra excerpta posui. Eandem doctrinam copiosius executus est Theophrastus hist. 4, 13. c. pl. 2, 11.

De caloris naturalis conservatione haec tradit de Iuventute c. 6. *In plantis calori servando sufficit alimentum assumtum et aer circumdatus: alimentum enim sumtum infert refrigerationem, quemadmodum hominibus a cibo primum sumto: ieiunium contra calefacit et sitim affert: aer enim immotus semper calefit: cibo autem sumto, movetur et refrigerat, donec concoctio perfecta fuerit. Quod si vero aer ambiens propter anni tempus frigore excellat, et gelu inducat, exarescunt arbores, aut, si aestas nimis incalescat, nec humor e terra attractus refrigeretur, calor naturalis marcescit et extinguitur. Tunc arbores sphacelismum pati et siderari dicuntur* (σφακελίζειν καὶ ἀστρόβλητα γίνεσθαι). *Quamobrem agricolae genera quaedam lapidum radicibus supponunt, et vasa plena aquis, quibus radices refrigerentur.*

Denique de calvitie hominum ubi docuit de gener. anim. 5, 3. ita pergit: *Quod genus affectionis generale quodammodo est. Nam et plantarum aliae semper frondent, aliae frondem amittunt. Et aves, quae certo tempore latent, pennas amittunt. Et plantis quidem paulatim et particulatim folia defluunt, avibus pennae, animalibus vero pili. — Causa affectionis est in humoris inopia calidi, qualis praecipue est humor pinguis. Quare potissimum plantae pinguedine abundantes semper frondent. Sed de his alias. Sunt enim plures aliae causae huius affectus in plantis. Evenit hoc plantis hiberno tempore: mutatio enim haec potior aetate est. Animalibus etiam, quae latent, idem tempus iacturae est. Sunt enim minus quam homines natura humida et calida. Homini autem aetatis tempora vices hiemis et aestatis gerunt. Quamobrem nemo ante calvescit, quam coire incipiat. — Causa vero, cur, quae latent, rursus pennas recipiant, quaeque frondem amiserant, denuo frondescant, calvis autem nunquam redeat pilus, quoniam anni tempora illis mutationem corporis magis afferunt. Itaque pro temporum mutatione vicissitudo gignendi amittendique sequitur, ut animalia*

pennas pilosque, plantae frondes aut dimittant aut recipiant. At vero hominibus per aetatem succedit ver, aestas et hiems: quae quoniam non mutatur, nec affectiones, quae sequuntur mutationem, mutantur, quanquam causa sit eadem.

Haec sunt fere omnia loca, in quibus partes aliquae doctrinae Aristotelicae de plantis traditae leguntur. Atque ex his partim pendet iudicium de modo et ratione doctrinae a Theophrasto observata, quam si comparamus cum methodo, quam in tractanda historia et doctrina animalium secutus est Aristoteles, iudicium regendum videtur non solum considerata diversitate naturae utriusque viventium classis, sed magis etiam animadvertenda est difficultas partes interiores stirpium earumque naturam et officium exquirendi et cum partibus animalis corporis internis comparandi. Denique respiciendum videtur in comparanda et iudicanda methodo magistri et discipuli ipsum consilium, quod uterque in dissimili viventium classe enarranda secutus est, atque inquirendum, num diversa argumenta disputationis eandem rationem et viam argumenti tractandi admiserint.

Primum igitur observo, quod iam supra initio huius disputationis monui, omnem hanc Theophrasti de plantis doctrinam ex usu cultuque hominum deductam eandemque ad usum humanum accommodatam esse. Deinde praeter cultum usumque humanum dignitas etiam naturae vegetabilis magis minusve perfectae ordinem et rationem doctrinae direxit, ita ut ab arboribus exorsus per frutices et virgulta transiret ad frumenta, herbacea atque annua genera plantarum. Cum has vegetabilium classes et familias, per singulos libros distributas, et interdum per genera et species, quae tum innotuerant, digestas, seorsum in historia pertractasset, annotatis ubique, si quae natura vegetabilis vel classis vel familiae vel generis totius alicuius habet aut communia cum aliis plantis vel animalibus, aut peculiaria sibi et diversa a reliquis plantis, transiit ad investigandas causas eorum omnium, quae antea in natura vegetabilium enarranda aut communia omnibus aut peculiaria quibusdam vel classibus vel familiis vel generibus annotaverat; sive illa ad generationem et incrementum, sive ad florem et fructificationem, seu denique ad habitum et statum vel vegetum vel morbosum pertinent. His tractatis seorsum addidit librum de sapore et odore plantarum: cui subdidit libellum, qui doctrinam universam de odore corporum naturalium tradit. Similem de colore causisque coloris corporum naturalium omnium composuit, quem vulgo Aristoteli adscriptum nos

gravissimis adducti argumentis Theophrasto asseruimus, ultimoque loco in editione nostra collocatum illustravimus. Generationem plantarum ubi docet, iterum cultorum experientiam sequitur ducem, et dum varia procreandi et propagandi genera, praeter naturale e semine et spontaneum, explicat, causas simul prosperi sinistrive eventus e natura vegetabilium duce experientia explorare atque explicare conatur. Genera autem ista diligenti cultorum et solerti observationi atque experientiae debentur omnia: silvestrium enim, quae nihil aut parum commodi humanis usibus suppeditant, naturam nemo curat, nisi solertius aliquando ingenium casu plantarum cultarum vel affectu singulari et mirabili excitatum ad comparationem congenerum vel similium plantarum descenderit. Apparet igitur, doctrinam de plantarum natura omnem deberi cultarum observationi atque experimentis. Igitur Theophrastus initium docendi fecit a cultis arboribus, quibuscum silvestres comparavit, quotiescunque causas positas argumentis et ipsius naturae testimonio confirmare voluit. Causas incrementi, foecunditatis, habitus laeti prosperique, senectutis, denique morborum et mortis non seorsum enarravit, sed cum natura singularum classium, familiarum et generum ita coniunxit, ut e cultarum observatione solerter investigaret, quid cuiusque naturae vel commodum vel contrarium causam boni malive eventus, quid peculiarium cuique affectuum, quid denique morborum mortisque causam continere videretur. Qua in disputatione si cui nimis saepe ad elementa Empedoclea, ad frigidum, calidum, humidum, siccitatem, aliasque huiusmodi qualitates corporum naturales, denique ad naturam peculiarem plantae alicuius redire videtur, eum meminisse velim, eadem doctrinae ratione magistrum quoque Theophrasti usum fuisse. Qui si diligentius et solertius causas rerum in tradenda animalium historia et doctrina investigasse videtur, ea fuit ingenii profundioris felicitas. Ubi vero in libris Theophrasti doctrinae ordo vel confusus vel turbatus vel obscurus animadvertitur, ubi argumentorum vis non satis consentanea aut par gravitati rerum apparet; ubi series et ordo rerum subito interruptus lectoris expectationem destituit, denique ubi causa allata obscurior est dubitatione, quae solvenda proponitur; horum igitur vitiorum culpam qui in scriptorem ipsum quam in eius librarios transferre mavult, is aut fatum commune librorum Aristotelis et Theophrasti ignorat, aut nullum usum scripturae vulgaris cum librorum scriptorum varietate comparatae habet. Atque hic locus postulare videtur, ut de conditione

librorum Theophrasti, quales ad nos pervenerunt, breviter exponam. Historiae igitur cum libris de causis comparatae non tam male habitae fuisse videntur vel a librariis vel temporum iniuria vel situs corruptela. In libris autem de causis tam multae sunt salebrae, quae Scaligero stomachum saepe moverunt, ut, qui fati librorum Theophrasteorum infausti non meminerit, cum non mirer de methodo scriptoris conqueri. Gravissima operis huius censura extat in Scaligeri annotatione ad libri de causis secundi cap. 7. p. 173. de stercoratione: *Si condidisset, inquit, artem hanc Theophrastus, ferremus inconditas interdum atque etiam fluctuantes vestigationes: id quod usu venit omnibus pene studiosis, qui primi iaciunt artis cuiuspiam fundamenta, ut fecit divinus vir in Topicis et in transnaturali Philosophia. At multos habuit Theophrastus auctores, qui ei hanc ad operam praeluxere sua diligentia: quorum praeceptiones non sine iactura veniae vel minus commode confudit, vel inordinatas, ut acceperat, effudit: veluti partem hanc. Nam mox de soli electione scribet, pene omnia quae supra dicebat repetens.*

Natura et conditio librorum de causis talis, qualem dixi, interpretationem eorum facit omnium difficillimam, et pene somniorum divinationi similem. Par fere ratio est fragmentorum omnium, quae e ceteris Theophrasti libris male sana seriorum scriptorum sedulitas vel industria excerpsit, ubi non raro res ipsae vel nimis breviter atque obscure, vel mutilatae ponuntur, omissis argumentis et causis, quibus disputationem Theophrastus distinxerat vel confirmaverat.

Haec sunt, quibus praeparatum lectorem velim ad iudicium de historia plantarum et libris de causis plantarum ferendum accedere. Ad ipsam plantarum interpretationem quae vel ipse excogitare potui vel collecta undique prodesse lectoribus existimavi, lector in Commentariis, in Curis secundis et in Comparatione Codicis Urbinatis reperiet, cuius usum demum nactus sum, postquam volumen secundum, postremo loco typis excusum, prelum reliquerat. Alia, quae comparationem arborum et plantarum a Theophrasto nominatarum cum generibus nobis notis attinent, Indices graecitatis et rerum dabunt: ubi si praeter opiniones *Bauhini*, *Bodaei*, *Columnae*, *Sprengelii*, *Stackhousii*, Galli *Thiébault* saepius dubitationes meas coniecturis virorum doctorum oppositas repererit lector, eum meminisse velim, coniecturas istas saepe e scriptura vitiosa vel minus integra ductas esse; itaque ubi Codex Urbinas veram vel integriorem suppeditavit, aliam coniiciendi atque interpretandi

viam ineundam esse, quam rei botanicae peritioribus indicare malui, cum ipse persequi non possem. Ceterum ut, quocunque modo possem, interpretationem doctrinae Theophrasteae adiuvarem omninoque historiam incrementorum rei herbariae explicarem, huic disputationi subieci Fragmenta physiologica de nodis plantarum earumque medulla collecta e scriptoribus latinis, praecipue e libris Alberti Magni de Vegetabilibus, quibus inesse suspicor reliquias quasdam doctrinae Aristotelicae de plantis. Certe ex his libris tanquam e fonte manasse videntur opiniones, quae per sequiorum temporum scripta passim repetitae vel interpretationibus variis auctae regnarunt. Addidi Calendarium Theophrasti historiae plantarum et librorum de causis tempori accommodatum, id est partem eam anni Metonici, quae temporibus ab ipso Theophrasto indicatis congruit, quo facilius et certius tempus quodque operis rustici faciendi, plerumque ortu et occasu siderum a Theophrasto, ut a reliquis rei rusticae scriptoribus graecis et latinis, signatum, ex ordine mensium Atticorum agnoscere et definire lectores possent. Cuius subsidii commoditatem debent eruditioni atque insigni humanitati *Ideleri*, qui non solum peculiari dissertatione, inserta Actis Academiae Berolinensis, annum Metonis explicavit, sed precibus meis etiam motus eum cyclum qui tempori librorum Theophrasti de plantis congruit, usibus lectorum seorsum ita accommodavit, ut ortus siderum a Theophrasto memoratorum positis calculis ad certos anni Iuliani menses et dies revocaret et tanquam errones in certa sede collocaret.

FRAGMENTA PHYSIOLOGICA DE NODIS PLANTARVM VARIIS EARVMQVE MEDVLLA AD THEOPHRASTI H. PL. I. c. 8. ET I. c. 6.

Albertus M. de Vegetabilibus I. tractat. 2. c. 1. p. 356. ubi de partibus plantarum partibus animalium respondentibus: *Quaedam arbores habent nodos — Nodos autem voco iuncturarum colligationem, sicut nodi in vitibus: et hi nodi malleoli vocantur. Id autem, quod est inter nodos, subtilius est, et in nodo ingrossatur, et nodus ille est, in quo congregatum nutrimentum quandam maiorem, quam prius habuit, accipit ad sequens lignum assimilationem per digestionem, quae est in nodo. Quaedam autem plantae materiae substantiae et valde similis omnino carent huiusmodi nodis, sicut scirpus: propter quod proverbium est, quod quaerit nodos in*

κενρος, cum inaniter quaeritur aliquid, cuius oppositum est manifestum. Idem cap. 2. p. 358. *Nodos autem habet comparabiles nervis non quidem sensitivis, sed illis, qui dicuntur ligamenta, quae ex una extremitate ossis protenduntur in alterius coniuncti ossis extremitatem et colligant ea. — Et similiter malleolus est colligatio duorum lignorum in stipite vel ramo uno, vel stipite et ramo, sicut diximus in praecedentibus.* Malleolum paulo diversa significatione dixit Columella 3, 6, 3. *Malleolus novellus est palmes innatus prioris anni flagello, cognominatusque ad similitudinem, quod in ea parte, qua deciditur ex vetere sarmento, prominens utrinque mallei speciem praebet.* Plinius 17. sect. 35. no. 3: *Solebat capitulatus utrinque e duro surculus seri, eoque argumento malleolus vocatur etiam nunc.* Male Pollux Onomastici 6, 145. σφῦρα — τῆς ἀμπέλου τὸ ἀπὸ γῆς ἕως τῆς ἐκφύσεως τῶν κλημάτων. Columella 3, 17, 4. *quicquid residui fuit ex vetere palma per ipsam commissuram, qua nascitur materia nova, resecuerunt* (Atticus et Celsus Sasernam secuti) *atque ita cum suo capitulo* (dimidiati nodi) *sarmentum depresserunt.* Plinius 17. s. 35. no. 2. *Hos ergo in surculo nodos, cum seruntur, medios secare oportet ita, ne profluat medulla.* Nodos vitis et partem infimam enodem dixit Columella 3, 18, 8. Palladius Martii 7, 3. in frumenti calamis nodos et internodia Columella 2, 12, 10. Pergit Albertus p. 370. et 371. *Nodi licet triplices inveniantur in plantis, tamen nodus ille, qui vocatur malleolus, est factus a natura, ut in ipso stet succus et ampliorem accipiat digestionem: cuius signum est, quod in ramo sylvestris arboris fiat incisio ultra medium, ita quod medulla sit abscissa; et postea ligatus consolidetur, temperabitur malitia fructuum, et meliorabitur sapor eorum: et hoc est expertum in arboribus iuvenibus, de quibus fiunt incisiones, quando fit incisio praedicta in ramis, qui directe tanquam stipites quidam stipiti sive trunco primo sunt infixi. Est autem probabile, quod et in aliis praedicto modo incisis contingat. Causa autem est, quod ibidem retortum porum inveniens nutrimentum, adscendens per truncum, stat et diutius digestum in meliores dirigitur et transformatur fructus. Huiusmodi autem nodos in plantis habent ea, quae rarae sunt substantiae et habent magnas medullas aut in toto sunt concava et cum hoc sunt longa valde, sicut est vitis et vinella et vitis alba et cucurbita et in cannis arundo et genera frugum et triticum et siligo et hordeum et avena et alia huiusmodi. Si*

enim in illis per multos nodos non retineretur nutrimentum indigestum usque ad germen, cito adscenderet, et inutile semper germen proferret. Scirpus tamen nodum non habet et fere omnia genera iuncorum, propter hoc quod sunt debilis substantiae valde et aquosae: et ideo nutrimentum eius est aquosum, et terrestre valde rarum, sicut apparet in interiori substantia ipsius: et ideo si hoc retentum esset a nodo, totum retineretur et non adscenderet ulterius propter modicum calorem, quem habet. Et ideo etiam eius germen quasi nullum esse videtur nisi lanugo quaedam ad modum rarae stupae apparens in summitate ipsius. Multiplicantur autem nodi isti secundum quantitatem extensionis plantae, sicut apparet in centinodia, in qua, quando extenditur, vix numerabiles efficiuntur nodi: et sic est in aliis, ut in foeniculo et valeriana et in aliis concavis maioribus oleribus. Sed in genere frugum vix invenitur numerus nodorum quaternarium excedere et citra eundem numerum vix unquam deficit, quin semper calamus quatuor nodos invenitur habere. Cuius causa est, quod illud genus plantae habet grana solida multae farinae respectu suae quantitatis et purae farinae valde: propter quod oportet habere organa depurantia completa puritate: quod non fit nisi per digestiones, quarum prima semper ac terrestre grossum, et secunda aquosum, quod calore compleri non potest, tertia autem alba quaedam incensa ventosa absumit, et quarta complete terminat ad speciei similitudinem, sicut etiam in animalibus fit. Signum autem huius est, quod situs nodorum non est per aequidistantiam in calamis, sed primus magis vicinus terrae, sub ipso est substantia terrestris dura magis, ad nigredinem terrestrem ut frequenter declinans. Secundus autem plus distat a primo quam primus a terra, et subest substantia plantae grossa, latitudinem habens foliorum propter multum aqueum facile dilatabile. A secundo ad tertium incipit contrahi stipes plantae in frugibus, et a tertio in quartum adhuc plus, et ab illo usque ad aristam sive usque ad culmen subtiliatur valde et acuitur propter caloris actionem in humidum subtile optime digestum. Si autem planta sit in multis locis emittens semen, sicut faba et faseolus et pisa et alia genera leguminum, tunc erit farina seminis eius impura et ventosa valde et terrestris: propter hoc quod non sufficienter depuratum est. Sunt autem quaedam plantae aliquid simile nodis habentes, quod tamen verissime nodus non est, sicut hedera et quaedam herbae aquaticae longae, quae radices habent acu-

tas et parvas, quas infigunt lapidibus et lignis, super quae repunt: at locus illarum radicum quandam exprimit figuram nodi. Illae autem, quae vere nodos habent, habent eos propter causam, quae dicta est: et ideo in nodis folia emittunt, per quae fit superfluitatis purgatio: et in frugibus quidem folia nodorum inferiorum sunt grossiora et terrestriora et secundum quod adscendunt nodi in calamo, sic purgamenta foliorum fiunt minus grossa et minus terrestria. Superfluitatem autem hanc natura convertit in folia, quia, cum sit ingeniosa et regitiva plantae ad finem, ad quem tendit, illud tamen, quod purgandum erat, convertit in cooperturam substantiae, ut a laesura et caumate defendatur. Et haec quidem est natura nodorum. Quartus locus est p. 357. *Sed de nodis, de quibus praediximus, adhuc notandum, quod nodi secundum tres modos in arboribus et plantis inveniuntur. Unus autem, qui supra dictus est, et ille solus est in toto naturalis et a natura intentus. Alius autem modus nodorum est, qui causatur ex siccitate et terrestritate arboris et nutrimenti, quod nutrit eam. In illa enim arbore stringuntur pori valde propter constantiam et compactionem partium ipsarum: et cum nutrimentum sit terrestre et grossum, ubique claudit sibi viam rectam per venas ligni et non divertit ad alteram partem, et ibi conglobatur in nodum, et efficitur totum lignum nodosum, repugnans siccibilitati, sicut diximus in quarto meteororum. Tertius autem modus nodorum est nascentiae quaedam, quae ebulliunt extra in arboribus et convertuntur in lignum totum reticulatum, sic ut sit contextum ex nervis ligneis propter multiplicem revolutionem, qua revolvitur humor ligni in se ipsum: et hic nodus vocatur latine murra; et fiunt inde scyphi pulchri ad bibendum, qui etiam in prima fusione vini inspissantur, eo quod humorem venae multiplices attrahunt, et ex ipsis tumescere videntur: et propter tortuositatem ipsarum, quae causatur ex dicta revolutione, humorem retinent, ita quod non effluit ex ipsis, nec cito evaporat ligni ipsius spissitudinem. Vocatur igitur primum genus malleolus: secundum autem proprie vocatur nodus, et lignum, in quo est, nodosum vocatur. Tertius autem modus murra proprio nomine appellatur.*

Audi nunc Plinium VI. cap. 21. sect. 35. *Vitium surculis et quarundam arborum, quibus fungosior intus natura est, geniculati scaporum nodi intersepiunt medullam. Ferulas* (*fistulas* recte Dalecampius corrigebat) *ipsae breves et*

ad summa breviores, articulis utique duobus internodia includunt. Medulla, sive illa vitalis anima est, ante se tendit longitudinem impellens, quamdiu nodi pervia patet fistula. Cum vero concreti ademere transitum, repercussa erumpit ab ima sui parte iuxta priorem nodum alternis laterum semper inguinibus, ut dictum est in arundine ac ferula: quorum dextrum ab imo intelligitur articulo, laevum in proximo, atque ita per vices. Hoc vocatur in vite gemma, cum ibi cespitem fecit: ante vero quam faciat, in concavo oculus, ut in cacumine ipso germen. Sic palmites, nepotes, uvae, folia, pampini gignuntur: mirumque firmiora esse in dextra parte genita. Priorem huius physiologiae partem tetigit etiam Columella 3, 10, 1. de productissimo vitis sarmento, uvis pleno, loquens: *id enim*, inquit, *accidit non palmitis ingenita fertilitate, sed loci opportunitate, quia reliquas trunci partes humor omnis et alimentum, quod a solo ministratur, transcurrit, dum ad ultimum perveniat: naturali enim spiritu omne alimentum virentis quasi anima quaedam per medullam trunci veluti per siphonem trahitur in summum: quo cum pervenerit, ibi consistit atque consumitur. Unde etiam materiae vehementissimae reperiuntur aut in capite vitis aut in crure vicino radicibus.* Quae Plinius dixit inguina, sunt etiam in loco, ad quem refert lectorem, 16. s. 65. et 13. s. 42. *Arundo*, inquit, *omnis ex una stirpe numerosa — radix natura vivax, geniculata et ipsa. Folia omnibus a nodo orsa, complexu tenues per ambitum inducunt tunicas, atque a medio internodio cum plurimum desinant vestire procumbuntque. Latera arundini calamoque in rotunditate bina, super nodos alterno semper inguine, ut alterum ad dextra fiat, alterum superiore geniculo ad laeva per vices. Inde exeunt aliquando rami, qui sunt calami tenues.* Horum partem de ferula cum arundine comparata habet quoque Theophrastus hist. 6, 2, 8. *βλαστάνει δὲ παραλλὰξ τὰ φύλλα — ὅτι οὐκ ἐκ τοῦ αὐτοῦ μέρους τῶν γονάτων, ἀλλ᾽ ἐναλλὰξ, περιειληφότα δὲ τὸν καυλὸν ἐπὶ πολὺ καθάπερ τὰ τοῦ καλάμου, πλὴν ἀποκεκλιμένα ταῦτα μᾶλλον διὰ τὴν μαλακότητα καὶ τὸ μέγεθος.* Sed male arundini tribuit Plinius *calamos tenues* e geniculis exeuntes, quos ferulae Theophr. *καὶ καυλοί τινες μικροί.* Tertius Plinii locus 13. s. 42. *et ferulam — arborum generi adscripsisse* (conveniat), *quoniam quarundam naturae, sicut distinguimus, lignum omne corticis loco habent, hoc est forinsecus, ligni autem loco intus medullam, ut sambuci: quaedam vero inanitatem, ut arundines. Ferula*

— *geniculatis nodata scapis* — *a genibus exeuntia folia maxima, ut quaeque terrae proxima.* Annotandum videtur, Plinium ferulas aliter distinxisse quam Theophrastum: nam sect. 43. addit de thapsia: *ferula sine dubio est thapsia, sed sui generis, foliis foeniculi, inani caule.* Theophrastus contra, h. 9, 9, 6. caulem ναρθηκώδη habere ait, inanem tamen esse non addidit, ut Dioscorides 4, 157. Omnino dubitari potest, an Theophrastus, ubi distinxit τὰ ναρθηκώδη, medullae rationem quoque, non solius ligni corticis locum obtinentis, habuerit. Dubitationem enim facit locus hist. 8, 3, 3, ubi frugum calamus γονατώδης, fabae vero caulis κοῖλος, reliquorum leguminum lignosior, milii et panici καλαμώδης, sesami et erysimi magis ναρθηκώδης dicitur: unde certo colligitur, caulem καλαμώδη frugum non intelligi cavum. Sed si thapsia Dioscoridis et Plinii eadem est cum Theophrastea, uti videtur, cui hic caulem ferulaceum tribuit, apparet, notam τῶν ναρθηκωδῶν ad solam ligni naturam, nulla medullae habita ratione, referendam esse. Quid quod historia plantarum 1, 6, 2. μήτραν ὑμενώδη tribuit τοῖς θαμνώδεσι καὶ τοῖς ὑλήμασιν, nominatim vero καλάμῳ τε καὶ νάρθηκι: arundini praeterea corticem ἰνώδη καὶ ἄσαρκον, μανόλοπον, 1, 5, 2.

Nodorum coecorum genus duplex memoravit Theophrastus h. 5, 2, 2. minus alterum et frequentius, alterum maius et rarius, spiram proprio nomine vocatum: utriusque causam a nutrimenti indigentia et frigore hiberno repetit. Plinius 16. sect. 76, 1. *Publicum omnium vitium vocant spiras, ubi convolvere se venae atque nodi.* Paulo accuratius Theophrastus a nodo distinguit, addens, οὐλότητα esse per omne lignum aequaliter distributam. Itaque ubi distinguit ξύλα εὔεργα et δύσεργα h. 5, 5, 1, et posteriora ait esse σκληρὰ καὶ ὀζώδη καὶ οὔλας ἔχοντα συστροφάς, intelligi puto spiras. Materies an torta sit nodisque concisa, Plinius ait deprehendi aure ad caput trabis quamlibet praelongae admota: ictum enim ab altero capite vel graphii sentiri, penetrante rectis meatibus sono, 13. s. 73. Verum hic quoque erravit in graecis interpretandis vel Aristotelis περὶ ἀκουστῶν vel similis loci. Ille enim experimentum ait capi in eligenda malo navibus aliaque materia longiore, quae integra nec secta in usum convertitur: ὅταν γὰρ κρούσωσιν, ἐκ τοῦ ἑτέρου ἄκρου κατὰ τὸ ἕτερον ὁ ἦχος φέρεται συνεχής, ἐὰν μή τι ἔχῃ σύντριμμα τὸ ξύλον· εἰ δὲ μή, μέχρι τούτου προελθὼν αὐτοῦ καταπαύεται διασπασθείς· περικάμπτει δὲ καὶ τοὺς ὄζους καὶ οὐ δυνατὸς δι' αὐτῶν εὐθυπορεῖν. Igitur ligni venas fractura a vento forte laesas experi-

mentum indicat: sed nodos sonus circumflectit et reliquam viam rectus peragit. Aliud experimentum, sed materiae diffisae, habet Theophrastus, an coeci nodi ligno extus supercrescente absconditi lateant, h. 5, 2, 2. διὸ καὶ σκοποῦνται τῶν σχιστῶν τὰς μήτρας· ἐὰν γὰρ αὗται ἔχωσιν ὄζους, ὀζώδη καὶ τὰ ἐντός. Nodi igitur ad ipsam medullam pertinent, aut potius inde profecti corticem perrumpunt aut intus vitio concluduntur: quod verbis disertis nusquam indicavit Theophrastus. Alberti vero doctrinam deinceps videbimus. Nunc de crispa materia absolvamus. Historia 5, 3, 3. ligna omnino densa (πυκνὰ) simul crispa pronunciat. 3, 11, 4. βουμελίαν ait esse μανοτέραν, διὸ καὶ ἧττον οὖλον, quasi crispitudo cum raritate consistere nequeat: at cum mollitie potest: nam ibidem sect. 3. μελία dicitur lignum habere ξύλον καὶ μαλακώτερον καὶ ἀνοζότερον καὶ οὐλότερον. Attamen colutea Idaea h. 3, 17, 3. lignum σκληρὸν καὶ πυκνὸν, contra radices in summo natantes, tenues (λεπτὰς), μανὰς habere dicitur: ubi adduntur verba οὔλας δ' ἐνίοτε καὶ ξανθὰς σφόδρα: quorum compositio ipsa vitium aliquod scripturae videtur arguere, et recte Codex Urbinas ἐνιότε verbo substituere videtur. Plinius 13. s. 30. *mensis praecipuam dotum esse ait in venam crispis vel in vortices parvos. Illud oblongo evenire discursu, ideoque tigrinum appellari: hoc intorto, et ideo tales pantherinas vocari. Esse etiam undatim crispas, maiore gratia, si pavonum caudae oculos imitentur. Magnam post has gratiam crispis densa veluti grani congerie, quas ob id a similitudine apiatas vocari.* Contra 36. s. 11. marmor Augusteum dicitur *undatim crispum in vertices*, Tiberium *sparsa, non convoluta, canitie.* ubi inter verba *crispum in* inserendam censeo voculam *aut* vel *et*: nam undatim quod maculatum est marmor, non potest simul in vortices dici: recte etiam in altero loco forma una ab altera distincta legitur. Idem Plinius 16. s. 83. lignorum, quae inter se et cum aliis glutino sociantur, probat *stamineam venam*, quam ait *feruleam* vocari, *argumento similitudinis, quoniam laciniose crispa.* ubi vulgo ante Harduinum legebatur *fertilem* — *lacrymose crispa.* Codices *lacinose* scriptum habent. Totus locus obscurus est, et difficile est verae scripturae iudicium. Crispum macularum discursum in acere altera memorat 16. sect. 26.

Tertium genus nodi in olea proprio nomine, in aliis arboribus aliis appellatum, Theophrastus h. 1, 8, 6. postremo loco memoravit. In acere bruscum et molluscum laudavit Plinius 16. s. 27. Tuber utrumque aceris, bruscum intortius crispum,

molluscum simplicius sparsum. Reperisi etiam in alno tuber refert, sed deterius multo. Dalecampius ad Plinii locum monuit, Germenos Galliae Narbonensis radicem crispantem buxi hodieque servato veteri vocabulo *brouchin* et *brouchon* appellare. Vocabulo tuberum abutitur Plinius 16. c. 38. s. 73. ubi est: *Quibusdam sunt tubera, sicut sunt in carne glandia: in iis nec vena nec pulpa, quoddam callo carnis in se convolutum.* Nam hae sunt spirae a Theophrasto descriptae, ut recte admonuit Dalecampius.

Redeo nunc ad mentionem medullae, e qua nodos derivari supra dixi. Originis huius disertis quidem verbis Theophrastus non meminit, sed Albertus, et quidem in genere plantarum nodosarum et arborum, cuius doctrinam de hac parte ligni ponam. Is igitur p. 360. b. *Medullam*, inquit, *quidam vocant arboris matricem, eo quod in ipsa videtur concipi et formari semen conceptum: cuius signum est, quod vitis et quaedam aliae plantae evacuatae medullis non concipiunt semen, sed faciunt uvas sine arillis, qui tamen arilli pro certo sunt semina vitium.* (Hoc idem argumentum cum Theophrasto scriptores Romani rei rusticae, multi quoque recentiores repetierunt, sed nullus, quod equidem sciam, certo experimento confirmavit.) *Quidam autem vocant viscera, eo quod primum nutrimentum decurrit in ea in quibusdam plantis, quae cibantur a medio ad superficiem digerendo nutrimento, sicut diximus supra. Et quidam causam vitae, quia vitalem virtutem confert nutrimento attracto in his, quae habent medullam. In his autem, quae non, confert id, quod est loco medullae, sicut ligni medium.* Scilicet antea p. 357. dixerat de venis: *Venae autem in nulla plantarum est vere et secundum perfectam rationem, sed sunt viae reptae, in quibus decurrit nutrimentum. — Inveniuntur autem istae venae a duobus principiis in plantis oriri: in his, quae nodosae non sunt et sunt rarae substantiae, extenduntur viae illae a radicibus in altum per stipitem et per ramos et per folia divisae et super se. Aliquando autem derivantur ex medulla et protenduntur ad superficiem plantae, et cognoscitur, quia, quando inciduntur plantae, apparent in talibus lineae albae per modum stellae a medio medullae ad corticem plantae protensae, sicut est in vite et aliis nodosis, praecipue in nodo et iuxta nodum.* Idem p. 372. *Medullae autem plantarum videntur esse vicariae virtutis radicalis, sicut nucha in animalibus est vicarius cerebri, et per medullam arborum decurrit et pulsat plus*

de spiritu plantae, quam per aliquam aliarum viarum: et in ea est vigor spiritualis plantae: quia aliter partes distantes nimium a radice non bene vivificarentur ad formam speciei plantae. Et ideo plantae habent ortum et principium ramorum, qui oriuntur lateraliter a corporibus plantarum, a medulla quasi ex vicario radicis: et quando ligna scinduntur per ariditatem, profundatur frequenter scissura continue ad medullam et ultra non invenitur continuari scissura, nisi raro. Plantae autem, quae nutriuntur ex medulla per poros transversales, habent medullas maiores: et quae nutriuntur per poros directe adscendentes, habent medullas minores: et aliquando non videntur habere medullas, quando magnae efficiuntur, et propter hoc, quod ligneae tunicae arctatae per alias eas circumvestientes comprimuntur et quasi insensibilem faciunt viam medullarum: et probabile est, quod sit una causa, suffocatio videlicet spiritus vitalis in medulla conclusa propter hoc, quod comprimitur per circumstans induratum et constrictum lignum. Ipsa autem substantia medullae videtur esse sicut purgamentum quoddam cholericum, quod proiicitur de auribus animalium, et hoc fit propter calorem spiritus et motum, qui pulsat in medulla. Cuius signum est, quod fere omnes medullae plantarum perfectarum inveniuntur a principio iuventutis earum albae et humidae, et in processu declinant ad citrinitatem et siccitatem. Sunt autem plantae quaedam fere totam substantiam habentes medullosam, sicut sambucus et ebulus et huiusmodi: et omnes illae nodos habent multos et nutriuntur ex medulla, et ideo est multa in eis: et in hoc genere est vitis, sed minus est medullosa, quam sambucus et ebulus. Alias autem experimur plantas in toto concavas, sicut fistulas quasdam et calamos: et hoc fit ideo, quia illae multo indigent spiritu fumoso libero, qui elevatur in concavo plantarum illarum ex nutrimento, quod ascendit et per directos poros laterum plantae, sicut arundo et calamorum genus et huiusmodi. Haec igitur est dispositio medullarum plantae et necessitas.

AVCTARIVM AD VARIETATEM SCRIPTVRAE VRBINATIS CODICIS.

Casu singulari, quem, cum inopinato primum ingratus accidisset, postea sera comparatio gratissimum reddidit, factum est, ut varietatem scripturae e Codice Urbinate descriptam et benevole mihi oblatam ab *Imm. Bekkero*, Romae tunc commorante, semestri intervallo consequeretur eiusdem libri comparatio facta ab eruditissimo Bibliothecae Vaticanae Scriptore graecae linguae, *Amato*, quem diu antea litteris adieram precibusque, ut codicem a *Weigelio*, medico Dresdensi, communi amico, mihi indicatum in usum meum compararet varietatemque scripturae omnem mihi transmitteret. Quod quominus statim humanissimus vir faceret, tum valetudine tum occupationibus multis impeditus operae serius impensae diligentia mirifica moram omnem largissime compensavit. Primus autem missus varietatem librorum trium priorum continebat, quam antea exscriptam a Bekkero iam in manibus cum haberem, rogavi *Amatum*, ut operam e reliquis historiae plantarum libris comparandis revocaret ad librum decimum, qui in codice Urbinate satis spissus extare dicebatur, et libros sex de causis plantarum comparandos. Quod is negotium qua eum fide perfecerit, paginae antecedentes testantur. Igitur cum viri docti diligentiam in minutiis rebus annotandis perspicacissimam et religiosissimam inde cognovissem, subiit animum cupido varietatem librorum historiae trium priorum ab *Amato* exscriptam cum varietate a Bekkero indidem annotata comparare. Uterque autem vir doctus exemplo eodem editionis historiae, quod Bodaeo a Stapel debemus, quodque solum in Bibliotheca Vaticana tum extabat, ad operam comparandi libri scripti adhibuit. Ubi coepi varietatem utramque invicem comparare, statim apparuit, Amatum maiore cum otio apices omnes, reliquias et vestigia litterarum etiam erasarum vel distractarum vel in margine repetitarum aut correctarum consectatum vestigia interdum quaedam lectionum diversarum punctis signasse, quae Bekkerus vel insequi vel annotare operae pretium non existimavit. Conferam igitur huc quicquid Amatiana collatio diversum a varietate Bekkeriana obtulit, ita tamen, ut utrique viro docto laus et gratia operae amice susceptae et benevole perfectae salva et integra maneat. Quisquis graecos libros, litteris praecipue maioribus scriptos, inspexit et cum editis comparavit, facile existimabit, quam sit pronum et facile in eiusmodi scriptura, ut oculos vel acutissimos litera una alteraque

fallat, nisi lectio ab otioso inquisitore semel iterumque repetatur.

Pag. 4. sect. 3. v. 3. *γένεσιν η αὐτά τε τὰ γεννώμενα μέρη θετέον.* Sed *η* superscriptum eadem manu est. Unde coniicio, scriptum fuisse rectius *ἢ αὐτά γε τὰ γεννώμενα μέρη θετέον*, ita ut primum instrumenta generationis, deinde ipsi generatione nati foetus partium in numero habendi esse negentur. v. 6. *εὐθετεῖ* vetus retinet, in quo scriptura vera *εὐθενεῖ* latere videtur. v. 17. verum *βλάστησις* pro *γένεσις* codex in margine tantum scriptum exhibet.

P. 5. s. 5. v. 10. *ὡς ἂν τις τῷ γ' ἀνάλογον ἀφομοιοῖ.* unde coniectura nova emergit: *ὡς ἄν τις [μάλιστα δύνηται] τῷ γ' ἀνάλογον ἀφομοιωτέον.* — S. 6. v. 5. *ἴσα.* — S. 7. v. 4. *αὐτοῦ τοῦ δένδρου* cum vulgatis, et deinceps *ἐξ ἄκρου*, sed postremo *ου* puncto supposita sunt.

P. 6. v. 1. *ἀρακίδνα.* v. 2. *μίσχον* super deleto *μόσχον.* — S. 8. v. 5. *ἴσοι.*

P. 7. s. 11. v. 2. *δὲ ἀναλογία.* v. 4. *ἀκρεμόνα.* — S. 12. v. 5. *ἐφ' ἕν.*

P. 8. s. 1. v. 8. *δ' ἐστιν.* v. 9. in correctione *μίσχος.* — S. 2. v. 1. *ἴδια ἄττα.* v. 2. *κωὶς* in rasura, etiam margo *κωὶς* habet. v. 7. *ὅσα δὲ* in correcto *δή.* — S. 3. v. 2. *ὀπόν.*

P. 9. s. 4. v. 5. *οὕτως.* v. 10. *τὰ ἄλλα.* v. 14. *ζῶιον.* — S. 5. clare scriptum exhibet: *Ἔν τι μὲν οὖν τοῦτο τὸ μέρος π. ἄλλα δὲ εἴδη*, sed postremum *εἴδη* dubia inter *ει* et *η* scriptura.

P. 10. s. 6. v. 4. *παραβλάστὰς* gemino accentu. v. 6. *πύγη.* v. 9. *δέρμασιν.* v. 11. *ἐστὶν.* v. 15. in supplemento *ἐντεριόνην* sed cum correctione habet.

P. 11. Cap. 3. s. 1. v. 4. *δέ ἐστιν.* v. 8. *πολύκλαδον, ἄζωκον.*

P. 12. v. 5. *ῥοιά.* v. 9. *ἐλάτας* pro *ἐλαίας.* v. 10. *συκάς.* — S. 4. v. 11. *δενδρώδει* — *Διὰ δὴ*, sed correctio apparet: *δενδρώδη* — *δὲ.* — S. 5. v. 9. *καὶ μὴ τυγχάνον* cum Heinsiana. v. 12. *φυλλόβολλα.*

P. 13. s. 6. v. 4. *πριώδεσιν* olim fuerat. v. 10. verba *ἄνευ θεραπείας* cum A. B. M. omitti testatur Amatus. v. 13. *πευκηλάστρον* habet. v. 15. *πωδῶν*, inter *π* et *ω* superscripto *α.*

P. 14. s. 3. v. 5. *ὁμολογουμένων* cum ceteris. Vide Indicem Graecitatis. v. 7. *πάντα* post *τοιαῦτα* male editio omisit restituendum. v. 12. *καὶ τὰ ἄλλα.* Edd. *τἄλλα.* restitue *τἆλλα.*

P. 15. Cap. 4. s. 8. v. 8. ῥοιά. v. 12. φοινὶξ cum circumflexo et acuto librarius dubitans scripsit. Eadem geminatio locum habet in sequente δρῦς et alibi. — S. 2. v. 7. ῥιζίφοια, superscripto λ, et puncto supposito literae ζ. Verum ῥηξίφλοια. v. 9. νηλεία cum A. B. M.

P. 16. v. 2. πολαίοπος, ita tamen, ut αι correctum appareat et factum πολύοπος videatur. — S. 3. v. 4. κωνείου, sed ει in correctione. v. 13. τάφη. — S. 4. v. 5. ἡ δὲ κατὰ cum reliquis. v. 10. ἄθραυστα cum reliquis, et v. 11. λόξα cum gemino accentu.

P. 17. s. 5. v. 8. ἄσχιστον, sed correctio εὖ apparet. v. 3. ἄθραυστον. — Cap. 6. s. 1. v. 7. ῥοιᾶς. — S. 2. v. 11. πρῖνος, δρῦς sic cum gemino accentu.

P. 18. s. 3. v. 5. ῥοιὰ, ut sect. 4. v. 12. ubi versus ἐπεὶ πᾶσαι τε καὶ ταύτας cum Vind. Med. sed τε punctis suppositis damnat Urbinas. Equidem verum puto: ἐπεὶ πᾶσαί γε καὶ ταύτας. nempe τὰς λεπτὰς ῥίζας vel ῥιζία. nam τοιαύτας inutile est propter sequentia οὐχ ὁμοίως ἀθρόας καὶ πολλάς. v. 13. Ἐπεὶ δὲ αἱ μὲν vulgatum habet.

P. 19. s. 5. v. 4. ἄμπελος, ῥόα cum editis, ut v. 8. κράνιον. v. 12. κεδροπὰ. — S. 6. v. 2. ῥάφανος c. editis, ut v. 3. λάπαθος. v. 10. σχιζόμενα. v. 12. πώδεων, superscripto οι. Sed statim p. 22. v. 1. ποδῶν est, ο solo superscripto.

P. 20. s. 7. v. 1. μεγίστας δὲ ἄλλας cum A. B. v. 14. αἰεὶ c. Med. — S. 8. v. 13. praeter geminum δόξαιεν verum ἔχουσι habet. v. 16. ἀρῶν cum Heinsiana.

P. 21. v. 1. σκίλλων. v. 3. ἠρτυμέναι sic. v. 13. pro οὔιγγον habet οὔιπ scriptum.

P. 22. s. 11. v. 5. ἐγχυλίζεσθαι sic, tribus punctis suppositis. v. 9. διαφέρει τε cum editis.

P. 23. Cap. 7. s. 1. v. 16. ἡμερωτάτων cum reliquis libris. v. 13. φρέατος ἢ ὀχετοῦ τινος, ἤγουν ἐν τῷ Λυκίῳ ἡ πλάτανος cum Med.

P. 24. s. 2. v. 1. δόξει. — S. 3. v. 9. ποιάριον in rasura agnoscitur. — Cap. 8. s. 1. v. 4. ἄνωζα δὲ λέγει. sed sub primo ω punctum apparet, et super altero ει scriptum est. v. 7. τίφη.

P. 25. s. 2. v. 5. θηλειῶν sic. v. 7. γένος τί θηλυκρανίαν, sed τί in rasura scriptum est, ubi τὸ fuisse antea videtur. v. 10. ἐρινεὸς sic, ut ἐρινὸς fiat. v. 14. οἷον. — S. 3. v. 4.

καλοῦσιν. v. 5. αἰεὶ. v. 6. ὥπερ, ut ὅπερ fiat. v. 9. οἱ δ' ὡς ἔτυχεν. Ἔστιν.

— P. 26. s. 4. v. 6. πρόσδει sic. deinceps ἢ ὅταν ἢ μή. v. 7. ἐκβιάζηται καὶ ἡ ἀποκοπή. — S. 5. v. 1. αἰεί. v. 3. προσκυξησθαι, punctis 3 sub ξη positis. v. 8. δρῦς sic. v. 12. ἀπογηράσκων τῶν — ἡ γόγγρους, cum editis et Codd. ceteris.

P. 27. v. 6. vitiosum φοῖνιξ δὲ habet cum ceteris libris. — Cap. 9. s. 1. v. 8. ῥόα οὐ μὴν ἀλλ' οὖν μέγιστα συμβάλλεται, superscripto γε. v. 13. ἀφείη cum ceteris. — S. 2. v. 4. εὐαξῆ, sed υ superscripto inter α et ξ.

P. 28. v. 2. προσαβαῤῥίσιος. — S. 3. v. 7. πρῖνος sic. deinceps cum reliquis ἀγρία interserit; quam Geza aquifoliam vertit. v. 11. κάτω τῷ φυλλοβολεῖν. v. 12. ἀκρεμόνας. — S. 4. v. 6. ἔρπυλλος. v. 9. ἱπποσέλινον omittit c. cet. — S. 5. v. 3. Μέμφι.

— P. 29. v. 2. φυλλοβολλεῖ. v. 4. δρῦς sic. — S. 7. v. 5. κεπᾶναι sic. v. 9. verum ἐπιβλαστάνει habet c. Med. v. 10. ἀφαίνεται, ita ut υ superscriptum sit inter α et ι.

P. 30. s. 2. v. 4. ἴναξ. v. 8. super γίνεται inter γ et ι alterum γ scriptum est.

σφῶν αὐτῶν, qui, sacrificio magnifice peracto ad aram iatam et sumtis coronis ex eadem lauro, redeunt per viam Pythiam vocatam. Pythiis victoribus coronas ex eadem lauro dari, postremo loco narrat. Plures pueros cum legationis principe missos in Thessaliam memorat Aelianus: unum contra Plutarchus Chaeroneusis de Musica c. 15. ἀλλὰ καὶ τῷ διακομίζοντι παιδὶ τὴν Τεμπικὴν δάφνην εἰς Δελφοὺς παρομαρτεῖ αὐλητής. Stephanus Byzantinus sub voce Δειπνιὰς testem advocat Callimachum, ubi narrat: Δειπνιὰς περὶ Λάρισσαν, ὅπου φασὶν Ἀπόλλωνα δειπνῆσαι πρῶτον, ὅτε ἐκ τῶν Τεμπέων καθαρθεὶς ὑπέστρεψεν· καὶ τῷ παιδὶ τῷ διακομιστῇ τῆς δάφνης ἔθος εἰς τήνδε παραγινομένῳ δειπνεῖν. Scilicet puer e toto grege princeps personam Apollinis gerebat; ceteri eum comitabantur cum principe legationis. Tempicam laurum memorat Nicander Alexiph. versu 198. contra cicutae venenum lauri caules commendans: καυλία δάφνης Τεμπίδος, ἣ πρώτη Φοίβοιο κατέστεψε Δελφίδα χαίτην. Ephorus Atheniensis, religionum interpres curiosissimus, ap. Strabonem 9. p. 519. Sieb. tradit, Pythonem, ab Apolline occisum, cognomine δράκοντα, regionem Parnassiam tenuisse, eoque occiso ἐμπρησθῆναι καὶ τὴν σκηνὴν τότε τοῦ Πύθωνος ὑπὸ τῶν Δελφῶν, καθάπερ καὶ νῦν ἔτι καὶ ἀεὶ ὑπόμνημα ποιουμένους τῶν τότε γενομένων. Ephorum sequitur Plutarchus de defectu oraculorum c. 14. ἥ τε γὰρ ἱσταμένη καλιὰς ἐνταῦθα περὶ τὴν ἅλω δι' ἐννέα ἐτῶν οὐ φωλεώδης τοῦ δράκοντος χειά, ἀλλὰ μίμημα τυραννικῆς ἢ βασιλικῆς ἐστιν οἰκήσεως, ἥ τε μετὰ σιγῆς ἐπ' αὐτὴν διὰ τῆς ὀνομαζομένης Δολωνείας ἔφοδος (pompa vel θύρας) ἔφοδος μὴ αἰόλα δὲ [an μεθ' ὅπλων δέ?] ... τὸν ἀμφιθαλῆ κόρον ἡμμέναις δᾳσὶν ἄγουσι, καὶ προσβαλόντες τὸ πῦρ τῇ καλιάδι, καὶ τὴν τράπεζαν ἀνατρέψαντες ἀνεπιστρεπτεὶ φεύγουσι διὰ τῶν θυρῶν τοῦ ἱεροῦ· καὶ τελευταῖον αἵ τε πλάναι καὶ ἡ λατρεία τοῦ παιδός, οἵ τε γινόμενοι περὶ τὰ Τέμπη καθαρμοὶ μεγάλου τινὸς ἄγους καὶ τολμήματος ὑποψίαν ἔχουσι. Idem ibidem c. 21. de Apolline: τῷ δ' ἀποκτείναντι μὴχ' ἐννέα ἐτῶν μὴ' εἰς τὰ Τέμπη γενέσθαι φυγήν.

Addo locum de odore suavi lauri e libro Meletii de natura hominis graecum e Codice Cracoviensi descriptum, quem versio latina Petreii edita habet p. 15. κῆπος δέ τις ὑποκείσθω τῷ λόγῳ, μυρίας δένδρων διαφορὰς παντοδαπάς τε τῶν ἐκ γῆς φυομένων ἰδέας ἐν ἑαυτῷ τρέφων, ὧν καὶ τὸ σχῆμα καὶ ἡ ποιότης καὶ ἡ τῆς χρόας ἰδιότης ἐν πολλῇ διαφορᾷ τοῖς καθ' ἕκαστον ἐνθεωρεῖται. Τοσούτων τοίνυν κατὰ τὸν ἕνα χῶρον τῷ ὑγρῷ τρεφομένων, ἡ μὲν ὑποποτίζουσα (ὑποποτίζουσα? humectat P.) τὰ καθ' ἕκαστον δύναμις μία τις κατὰ φύσιν ἐστίν, ἡ δὲ τῶν τρεφομένων ἰδιότης εἰς διαφόρους τῷ ὑγρῷ (τὸ ὑγρὸν?) μεταβάλλει ποιότητας. Τὸ γὰρ αὐτὸ πικραίνεται μὲν ἐν τῷ ἀψίνθῳ, εἰς φθοροποιὸν δὲ χυμὸν ἐν τῷ κωνείῳ μεθίσταται, καὶ ἄλλως ἐν ἄλλῳ γίγνεται, ἐν κρόκῳ, ἐν βαλσάμῳ, ἐν μήκωνι· τῷ μὲν γὰρ ἐκθερμαίνεται, τῷ δὲ καταψύχεται, τῷ δὲ μέσην ἔχει ποιότητα. Καὶ ἐν δάφνῃ καὶ ἐν σχίνῳ καὶ τούτοις (τοῖς τοιούτοις? et his similibus P.) ἡδύπνοόν ἐστιν, ἐν συκῇ δὲ καὶ ἀμπέλῳ κατεγλυκάνθη, καὶ

Διαφύομαι, ὅταν ἤδη διαφύηται ἐν τῷ ὕδατι 3, 17, 2, βραδύτερον δ. ὅσα δυσφυῆ 7, 1, 3. διαφύεσθαι καὶ διαβλαστάνειν c. pl. 2, 17, 7. ὅσα διαπέφυκε c. pl. 3, 7, 9. nota. τὰς τοῦ μυρρίνου ῥάβδους φύεσθαι διὰ τῶν ἀκρεμόνων τῆς ἐλαίας c. pl. 3, 10, 4.

Διάφυσις, διαφύσεις διειλημμέναι 4, 8, 7. nota. διαβλαστήσεις καὶ διαφύσεις 8, 1, 6.

Διαφυτεύεται 4, 4, 2.

Διαφωνέω τοῖς ὀνόμασι 3, 9, 7. —νεῖν ἑαυτῷ Fr. I, 13.

Διαχαλάω, τὰ συνεστῶτα —λᾷ c. pl. 6, 1, 5.

Διαχάσκων στρόβιλος 3, 9, 1. διαχασκόντων τῶν σφαιρίων c. pl. 1, 5, 4. τῷ ξηραίνεσθαι διαχάσκει c. pl. 2, 9, 12.

Διαχέω, ῥίζα δυναμένη διαχεῖν τὸ αἷμα καὶ οἷον ὑποφεύγειν ποιεῖν 9, 15, 2. καρπὸς διακεχυμένος, oppos. συνεστηκὼς 1, 18, 6. τὸ φύλλον διαχεῖται καὶ οὐκέτι κεντεῖ 6, 4, 8. nota. διαχεῖ καὶ ἀνυγραίνει c. pl. 2, 6, 1. διαχεῖ καὶ ἐκγαλακτοῖ τὰ σπέρματα c. pl. 3, 23, 1. τὰ ἐρέγματα θᾶττον διαχεῖται c. pl. 4, 12, 12. ἡ χιὼν διαχεῖ τὰς βώλους 5, 13, 7. τὰ φύματα καὶ ἀποστήματα Fr. 4, 61. τὸ διακεχυμένον, opp. τὸ ἠθροισμένον Fr. III, 18.

Διάχυσις, σπέρματος ἐκγαλακτώσεις καὶ διάχ. c. pl. 4, 4, 7. τὸ τέραμον καὶ ἀτέραμον πρὸς τὴν πύρωσιν λέγεται καὶ διάχυσιν c. pl. 4, 12, 2.

Διαχυτικὸς Fr. 1, 84.

Δίδωμι, τὰ παντελῶς ἄοδμα φαινόμενα δίδωσί τινα ὀσμὴν Fr. 4, 4.

Δίειμι, διϊέναι πρὸς τὴν βλάστησιν 1, 6, 10. ἀναθερμαινόμενον δίεισιν ἔξω c. pl. 5, 9, 12. τῇ μανότητι δίεισι καὶ οὐκ ἀποστέγει 5, 12, 9. ubi διΐησι praestabat. Vide διΐημι. τὸ ὑγρὸν οὐ δίεισι τῇ πυκνότητι Fr. III, 68. ἡμέρα χειμέριος δίεισιν Fr. VI, 3, 8.

Διείργω, τῶν συνεχῶν αὔλακας μόνον διειργούσης c. pl. 4, 12, 1. τῶν διειργομένων αὔλακι 4, 12, 5.

Διείρω τὴν ῥίζαν πρὸς τὴν γῆν 1, 7, 3. τὸν πάτταλον c. pl. 2, 14, 4.

Διεκπετάννυται τὰ ἄνθη c. pl. 2, 19, 1, sed ibi Codd. ἐκπ. simplex habent.

Διεκπνοὴ τοῦ θερμοῦ c. pl. 4, 12, 12.

Διελκόω, διελκούμενα δένδρα c. pl. 5, 9, 3. sed ibi Urbinas liber simplex verbum habet.

Διεμμένω, —ει τὸ ὕδωρ διετὲς 4, 11, 3. ubi Urbinas ἐμμένῃ habet.

Διεργάζομαι, πρασιὰς διειργασμένας ἐπιμελῶς 4, 4, 3. ἐν τῇ διειργασμένῃ 8, 11, 8. διειργασμένη χώρα c. pl. 3, 20, 6. γῆ 5, 13, 1.

Διερὸς, διερὰ γῆ c. pl. 3, 23, 2. ubi ἀραιὰ legerunt auctores Geoponicorum.

Διετίζω, οὐ διετίζειν, ἀλλ' ἐπέτειον εἶναι 1, 6, 13. ὅσα διετίζει 1, 2, 2.

Διευλαβέομαι c. pl. 3, 23, 1.

Διευρύνω, διευρύνεται ἡ γογγυλὶς c. pl. 5, 3, 9.

Διευτονέω Fr. I, 7.

Διέχω, ἐὰν μὴ μεταβάλλῃ, διέχει ἕως ἰσημερίας Fr. VI, 1, 7. ubi δεῖ ἔχειν edituri: nota. μικρὰ διεχόντων c. pl. 5, 14, 2. ἀπ' ἀλλήλων Fr. 1, 16.

Διήθησις τοῦ ξηροῦ διὰ τοῦ ὑγροῦ c. pl. 6, 1, 1. Fr. II, 2, 5.

Διήκω, διήκειν εἰς ἄμφω οὐ δυναμένης τῆς φύσεως c. pl. 1, 20, 5. an διαφύειν? πρὸς τὰ φυτὰ διήκειν c. pl. 2, 17, 9. διηκούσας ἀρχὰς ἐφ' ἑκάτερον τῶν ἄκρων c. pl. 4, 7, 6. πρὸς τὴν ἀρχὴν οὐ διήκειν 5, 13, 4. ἐν τῷ διήκοντι τῆς γελγίδος τοῖς σκορόδοις ἡ δριμύτης 6, 10, 7.

Διηλιωθέντα ἐρέγματα c. pl. 4, 12, 12.

Διημερόω, διημερωθείσης τῆς γῆς c. pl. 3, 20, 6.

4, 7. ἐκ τῆς ἐβένου τῆς μελαίνης. Dioscorides 1, 129. ἔστι δέ τις καὶ Ἰνδικὴ ἔβενος ἔχουσα διαφύσεις λευκὰς καὶ κιῤῥὰς καὶ σπίλους ὁμοίως πυκνούς· πλὴν βελτίων ἡ πρώτη (αἰθιοπικὴ μέλαινα). Ebenum Dioscoridis cum diospyro ebeno comparat Sprengel p. 147. ed. sec. Aethiopicam an Indicam variam?

Ἔγγεια, oppon. θαλάττια c. pl. 2, 5, 3.

Ἐγγειόφυλλον ἴον μέλαν 6, 6, 7.

Ἐγγεοτόκα, τὰ 1, 6, 13.

Ἐγγλύφω, ἐάν τις ἐγγλύψας θῇ λίθον 5, 2, 4. ubi ἐκλιθασθῇ λίθον erat, Urbinas ἐκλύψας θῇ habet.

Ἐγγράφω, ἐπιπολῆς ἐγγράφουσιν οἱ σκώληκες τὸ στέλεχος 5, 1, 2.

Ἐγγυτέρω, ὡς ἐγγ. λαβεῖν c. pl. 2, 12, 1. *nota*.

Ἐγγώνιος 1, 10, 1. ἐγγωνιώτερα φύλλα. sed 3, 15, 4. Urbinas ἐγγωνιότερα dat pro ἀγωνιώτερα.

Ἐγγωνοειδὲς φύλλον 3, 12, 5. in Codice Urbinate.

Ἐγκαίεται καὶ ἐξαναξηραίνεται τὰ πνεύματα Fr. V, 16. ubi ἐκκ. fuisse videtur.

Ἐγκάρδιον, τὸ 3, 8, 5. πεύκης θηλείας αἰγὶς vocatur 3, 9, 3. πᾶν ὅμοιόν ἐστιν ἐγκαρδίῳ 5, 1, 2. Cf. 5, 3, 2.

Ἐγκαρπότεραι ἄμπελοι c. pl. 3, 14, 3. πιλούμενα βελτίω καὶ ἐγκαρπότερα c. pl. 3, 23, 3. idem habet Urbinas liber 2, 4, 2. ubi ἀκάρπων editum.

Ἐγκαταμένω, in terra permanere 1, 3, 4.

Ἔγκειμαι, γλυκύτης ἔγκειται πρὸς τὴν γένεσιν c. pl. 6, 15, 4. *nota*. sed ibi liber Urbinas ἐγγίνεται habet. τὰς ἶνας ὡσαύτως τῇ θέσει ἐγκειμένας 5, 3, 6.

Ἐγκεντρίζω τὴν ἀμυγδαλῆν 2, 2, 5. ὀφθαλμιζομένων ἢ ἐγκεντριζομένων ἢ ἐμφυτευομένων c. pl. 2, 14, 5. habet verbum etiam c. pl. 2, 14, 4. liber Urbinas.

Ἐγκέφαλος τοῦ φοίνικος 2, 6, 2. et 11. edulis 6, 4, 11.

Ἐγκληματοῦσθαι, vide ἐκκλημ.

Ἐγκλίνω, φύλλον ἐγκεκλιμένον 3, 14, 2. νεύοντα καὶ ἐγκλίνοντα πρὸς ἥλιον c. pl. 2, 19, 5. πτερώματα ἐγκλινόμενά πως πρὸς τὸ φῶς Fr. 20, 9.

Ἔγκλισις Fr. 20, 8.

Ἐγκοιλαίνω, ἐγκοιλανθέντος 5, 2, 4. Urbinas habet, ubi ἐγκοιλασθέντος ceteri libri.

Ἐγκοίλιον, ἐγκοίλια νεὼς, navium costae 4, 2, 8. *not*. costas intexunt secta abiete Virgilii Aeneis 2, 16. costa navis lacerae Persius Satyra 6. Plura dixi in Supplemento Lexici gr. sub voce Ἐντερονεία. Scholion Mediolanense Odyss. 5, 163. ἴκρια Homerica interpretatur τὰ ἐγκοίλια.

Ἔγκοιλον φύλλον ἄρου 7, 13, 1. ἀρχὴν 8, 5, 4. χωρία καὶ ἄπνοα 8, 10, 2. ἔγκοιλοι τόποι c. pl. 3, 24, 4. Fr. V, 24.

Ἐγκόπτω, τὸν πάτταλον ἐγκόψας c. pl. 1, 17, 10. ubi erat ἐκκ.

Ἐγκύησις, ἅμα τῇ ἐγκυήσει c. pl. 1, 6, 3.

Ἐγκύμων, ἔγκυμον τὸ μετόπωρον c. pl. 3, 2, 8.

Ἐγξύω, εἰς μέλι ἐγξύσαντα 9, 13, 3.

Ἐγχειρίδιον 4, 3, 3.

Ἔγχελυς, τὰς ἐγχέλυς Fr. XII, 4. diu extra aquam durant *Ibidem* et 10. ἐκ ζώου οὐ γίνεται XII, 9. *nota*. ἐν τοῖς θολεροῖς ὕδασιν ἀποπνίγεται XII, 16.

Ἔγχλωρον ἄνθος 3, 12, 5. ἐγχλωρότερα συλλέγεται 9, 12, 4. an ἐγχυλότερα? Vide etiam εὔχλωρος.

Ἐγχρονίζω, ἐγχρονίζουσιν αὗται (αἱ φθοραὶ) μάλιστα c. pl. 5, 12, 1. αἱ ἀκρίδες Fr. XIV, 3. τῷ ἐγχρονίζεσθαι est Fr. IV, 10. sed rectius ibi Aldinae cum Vaticano τὸ χρονίζεσθαι habent.

Ἐπαρκέω, ἐπαρκοῦσιν αἱ ῥίζαι τὸ σύμμετρον c. pl. 3, 11, 2.
Ἔπαρσις, —σεις ἰονθώδεις Fr. IX, 16.
Ἐπατινίζειν εἰς τὸ αὐτὸ Fr. VIII, 9.
Ἐπαφῆς 1, 12, 2. rectius οὐδὲ —αφῆς Urb. Cod habet.
Ἐπαφίημι, ἐπαφιᾶσι τὰ πρόβατα 8, 7; 4. 8, 11, 9. τῷ σίτῳ ἐπαφιέντες ὕδατα c. pl. 2, 5; 5.
Ἐπεὶ, sequente gemino γε 1, 6; 10.
Ἐπεκτείνεται τῆς οἰκείας ὥρας 6, 8, 4.
Ἐπέρχομαι, ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἐν τοῖς ἑπομένοις οἰκειότερον ἐπελθεῖν c. pl. 6, 7, 6.
Ἐπεσθίω, ἕτερον ἐπεσθίειν c. pl. 6, 4, 7.
Ἐπέτειος, ἐπέτεια καὶ χρόνια φυτὰ 1, 1, 9. χρόνῳ γίνεται καὶ οὐκ ἐπέτεια c. pl. 5, 3, 6. ἐπετείους ὥρας 5, 7, 3. καύματα ὑπὸ κύνα 5, 12, 1.
Ἐπετειοφορεῖν c. pl. 1, 20, 3.
Ἐπετειοφόρος c. pl. 1, 20, 3.
Ἐπετίνη περιαλλόκαυλος 7, 8, 1. ubi ἡ πιτυΐνη Edd.
Ἐπέχω, ἐπισχόντα μικρὸν 4, 4, 13. ὅλον ἐνιαυτὸν ἐπισχεῖν c. pl. 4, 6, 3.
Ἐπὶ γῆς πηλώδους οὔσης, ὥσπερ ἐφ᾽ ὕδατι καὶ νότῳ c. pl. 6, 19, 5.
Ἐπιβάλλω, ἐπιβάλλεται ἄλλους βλαστοὺς 3, 5, 1. κλήματα ἐπιβάλλειν 4, 13, 5. nota. κλήματα ἐπιβαλλόμενα c. pl. 5, 9, 11. nota. ταῖς χώραις ἀνωθετέον καὶ ὅσον ἐπιβάλλει ταῖς γένεσιν 8, 4, 6. τὰ δέρματα, καθόσον ἐπιβάλλει, κινεῖσθαι Fr. 4, 60. ἐὰν ἐπιβάλλῃ τις ἐπὶ τὸ ὕδωρ Fr. III, 4. opp. ψιλὸν ὕδωρ Ibidem. πολλὰ ἐπιβαλλομένους ὀλίγα ἐπιτελεῖν Fr. 1, 11. πρὶν τὸν ἥλιον ἐπιβάλλειν 9, 8, 5. τὰ πυκνὰ καὶ αλλήλοις ἐπιβαλλόντα τῶν δένδρων c. pl. 3, 7, 9. nota. Posidonius Athenaei 14, p. 361. Schw. ἃ δὴ ῥαγῶν τρόπον ἀλλήλοις ἐπιβάλλει. Plato Phaedri s. 59 πατοῦσαι ἀλλήλας καὶ ἐπιβάλλουσαι, incumbentes.
Ἐπιβάπτω χυλῷ μελιτηρῷ 3, 7, 3. Cf. Aristot. Problem. 10, 59.
Ἐπιβαρεῖαν εὐωδίαν 3, 13, 6. nota. Ita ἐπίγλυκυς.
Ἐπιβεβαιοῖ c. pl. 5, 14, 4.
Ἐπιβλαστάνω 3, 6, 3. αἱ ῥίζαι 7, 2, 3. ἔνια δένδρα μετ᾽ ἀρκτοῦρον c. pl. 1, 10, 6. ὕστερον μηνὶ c. pl. 4, 3, 2.
Ἐπιβλάστησις 3, 6, 2. quando fiat c. pl. 1, 6, 3. 1, 10, 6. ἡ περὶ τροπὰς βραχεῖα, ἀλλὰ μετ᾽ ἀρκτοῦρον ἐπιβλαστάνει πλείω καὶ ὑπὸ κύνα c. pl. 1, 13, 3. πρὸς τὴν τῆς ὥρας ἐπιβλάστησιν c. pl. 1, 13, 10. unde c. pl. 5, 9, 2. αἱ εἰς τὸν ὕστερον χρόνον ἐπιβλαστήσεις τῆς ἀμπέλου 5, 17, 7.
Ἐπιβλαστικὸς, ἐπιβλαστικώτερα c. pl. 1, 13, 8. —κώτατα c. pl. 1, 13, 10. ubi male ἐμβλ. editum.
Ἐπιβολὴν ἔχοντες, tegumentum c. pl. 3, 16, 4.
Ἐπιβόσκησις, χαλεπαὶ αἱ —ήσεις c. pl. 5, 17, 6.
Ἐπιβόσκω, τὰ ἐπιβοσκόμενα 3, 6, 3.
Ἐπιβρέχω 2, 6, 5. τὰ ξύλα 5, 3, 3. ubi erat ἀποβρίθουσι. 5, 6, 3.
Ἐπιβρίθω, ἢ ἂν ἐπιβρίσῃ τὸ πνεῦμα Fr. V, 34. ubi ἐπικυρίσῃ erat.
Ἐπίγειος, κάλαμος 4, 11, 13. ὕδατα coelestibus opposita c. pl. 2, 5, 1. κιττὸς 3, 18, 6.
Ἐπιγειόφυλλος 9, 1, 2.
Ἐπιγενής, de catisa lassitudinis Fr. VII, 1.
Ἐπιγλυκαίνω, ὀσμὴν —νουσαν c. pl. 6, 15, 4. nota.
Ἐπίγλυκυς 3, 18, 9. ut ἐπιβαρυς.
Ἐπίδασυς 3, 18, 5. An ut ἐπίβαρυς, ἐπίγλυκυς?
Ἐπιδέχομαι, οἶνος προποθεὶς

'Επικύπτει ὁ στάχυς c. pl. 3, 22, 1.
'Επικυρίσσω, ἢ γὰρ ἂν ἐπικυρίσῃ τὸ πνεῦμα Fr. V, 34. erat, ubi ἐπιβρίσῃ dedi.
'Επιλαμβάνω, τὸ μετόπωρον ψυχρὸν ἤδη μεταβάλλον, ἐπιλαμβανούσης τῆς ὥρας c. pl. 1, 13, 4; καὶ τοῦ χειμῶνος ἐπιλαμβάνῃ 1, 9, 6, attingunt hiemem. τὰς κλεψύδρας πλήρεις οὔσας ὅταν τις ἐπιλάβῃ Fr. IX, 26. ὅταν ἀὴρ μαλακὸς ἐπιλάβῃ c. pl. 1, 11, 3. ὅταν ὁ ἥλιος ἐπιλάβῃ καὶ ἄπνοια c. pl. 4, 14, 3. nota. ἐπιληπτικὸν καὶ τὴν ὁμοιότητα Fr. 20, 12.
'Επιλάμπω, ὅταν ἐπιλάμψῃ ὁ ἥλιος 4, 4, 12.
'Επιλευκαίνω 3, 12, 9. 3, 17, 3.
'Επίλευκος 3, 7, 5. 3, 14, 2. ut ἐπίβαρυς, ἐπίγλυκυς, ἐπιμέλας.
'Επίληπτος, πρὸς τοὺς ἐπιλήπτους 9, 12, 5. βοήθημα ἐπιλήπτῳ Fr. XV, 1. bis.
'Επιμελαίνομαι 3, 15, 6.
'Επιμέλας 3, 8, 6. 6, 5, 3. ut ἐπίλευκος.
'Επίμετρον, τὸ ἐπίμετρον ποιεῖ ὁ σῖτος c. pl. 4, 13, 7.
'Επιμίγνυμι, πλήθει τοσούτων χρωμάτων ἐπιμέμικται Fr. 1, 78.
'Επιμυρίζειν τῷ ῥοδίνῳ Fr. 4, 45.
'Επινέμω καὶ ἐπιχειρῶ τὸν σῖτον 8, 7, 4. ὅπως ἐπινεμηθῇ καὶ ἐκθηριαθῇ c. pl. 4, 6, ...
'Επινεύω, τὰ ξύλα ἐν τῷ ὕδατι 5, 4, 8.
'Επινεφεῖν c. pl. 3, 24, 4. nota. ἐπ. καὶ δασύνειν Fr. V, 61.
'Επινέφελος, ἐπινεφέλων sc. ὄντων Fr. VI, 2, 6.
'Επινεφὴς ἄνεμος Fr. V, 4. ἐπινεφῆ καὶ αἴθριαι 51. ἀέρος θολεροῦ καὶ ἐπινεφοῦς — ἀπνοίας καὶ ἐπινεφοῦς c. pl. 5, 12, 2.
'Επινίφω, ὅταν ἐπινιφθῇ ἡ ἄμπελος 4, 14, 6. nota. ἐπινιφθῇ κατὰ τὴν ἄνθησιν c. pl. 5, 10, 13.

'Επινίφειν erat c. pl. 3, 24, 4. ubi ἐπινεφεῖν dedi.
'Επίνοια, ὅσα κατὰ τέχνην καὶ ἐπίνοιαν γίνονται Fr. 4, 7.
'Επίνοσος, ὑποζύγια Fr. 20, 48.
'Επίξανθος 3, 10, 4. 4, 2, 7. 6, 4, 6.
'Επιξηραίνω c. pl. 3, 15, 2.
'Επιξυνδέω, μᾶλλον τὴν ἀπορίαν c. pl. 2, 17, 7.
'Επίπεδος, opp. κοῖλος et κυρτός Fr. VII, 9.
'Επίπετρον 7, 7, 3. nota p. 600. flore caret, ἀνανθὲς 7, 7, 3. Hesychius sub h. v. Theophrastum nominavit, ubi erat ἐπίπτερον, ut in Hippocrate Foesii p. 874. G. male ἐπιπτέρου τὰ φύλλα legitur. Sedum ochroleucum Smithii editio altera Sprengelii comparavit: alchemillam arvensem Stackhouse propter floris parvitatem.
'Επιπήγνυμι, ὅταν ἀνῇ ὁ πάγος καὶ πάλιν ἐπιπηγνύηται c. pl. 5, 13, 2. τῶν αὐτομάτως ἐπιπηγνυμένων δακρύων c. pl. 6, 11, 15.
'Επιπίπτω, εἰ ἐπιπέσοι σπέρμα c. pl. 5, 4, 5. ὅταν ἐπιπέσωσιν ἀλλήλοις οἱ ἄνεμοι Fr. V, 54.
'Επιπλάττω ἐπὶ τὸ ῥῆγμα 9, 13, 3. ἐπ. καὶ καταλαμβάνειν τοὺς πόρους Fr. 1, 8.
'Επιπλατεῖς λοβοὶ φακοῦ 8, 5, 3.
'Επιπνέω, βορέας ἐπιπνεῖ τῷ νότῳ Fr. V, 9, 55.
'Επίπνοιαι χειμέριναι Fr. V, 55.
'Επιπόλαιος, κούφων τινῶν καὶ ἐπιπολαίων ὄντων Fr. III, 53.
'Επίπονος ἡ διακάθαρσις activa notione c. pl. 3, 7, 10. νωθροὺς καὶ ἐπιπόνους, opp. ὀξεῖς καὶ φερομένους Fr. 1, 11.
'Επιπορφυρίζω, λευκὸν, ἐπιπορφυρίζον Fr. 20, 37. 3, 18, 2. 6, 2, 1. 6, 4, 2.
'Επιπόρφυρος 4, 6, 7. μικρὸν ἐπιπόρφυρον ὄντα 7, 3, 1.
'Επίπροσθεν, ταῖς νήσοις οὐδὲν ἐπίπρ. τῆς φορᾶς Fr. V, 30.
'Επιπροσθέω, ἐπιπροσθοῦντος τοῦ Κιθαιρῶνος Fr. V, 32.

30. s. 73. *cicerculam* nominavit. Sed ut comparatio iusta nominum et leguminum romanorum fieri possit, ante omnia scriptura et sensus loci Theophrastei 8, 5, 1. constitui debet. Primum Theophrastus ait, ciceris genus (*οἱ ἐρέβινθοι*) magnitudine, sapore, colore et forma (*μορφαῖς*) specierum discrepare: deinde ait *οἷον κριοί, ὀροβιαῖοι* [*καὶ οἱ*] *ἀνὰ μέσον*, ubi cum Dalecampio et Bodaeo verba *καὶ οἱ* inserui et post *κριοί* distinxi, ita ut *ὀροβιαῖοι* diversi sint a *κριοῖς* et tertium genus aliquod sit inter haec duo intermedium. Sed vulgata scriptura *κριοὶ ὀροβιαῖοι ἀνὰ μέσον* potest ita defendi atque explicari, ut referatur ad postremum discrimen *μορφαῖς*, et *κριοί* formam *ὀρόβου* (ervi) habere et quasi medii inter cicer et ervum esse dicantur. Alibi *κριὸν* nec *ὀροβιαῖον* commemoravit, sed 8, 6, 5. *ἐρέβινθον μέλανα, πυῤῥόν, λευκόν* distinxit. Si Plinii interpretatione loci confidere liceret, arietinum (quod arietino capiti simile atque inde appellatum esse ait) album nigrumque facere oporteret. Sed dubium est, quod addit: *Est et columbinum, quod alii Venereum vocant, candidum, rotundum, leve, arietino minus*, quod ab albo arietino colore, semine laevi et minore diversum esse videtur. Sed id aliunde cognitum non habemus, non magis quam punicum Columellae, quod is a vernaculo distinguit. De cicercula quae Plinius addidit, postea singulatim considerabimus. In hac dubitatione aliorum scriptorum et, si fieri potest, Theophrasto aequalium auctoritas circumspicienda et attendenda est. Athenaeus 2. p. 209. e Theophrasto *κριούς* posuit et e Sophilo comico, p. 211. e Diocle Carystio haec: *κρείττους δ' οἱ λευκοὶ τῶν μελάνων καὶ πυξοειδεῖς καὶ οἱ Μιλήσιοι τῶν λεγομένων κριῶν.* quae geminam interpretationem admittunt, ita ut buxeum cicer et Milesium arietino commodius ad esum dicatur, aut utrumque ad genus arietini relatum commodius nigro, ut ipsum album genus initio magis in cibo commendatur. Superest locus Dioscoridis 2, 126. qui a cicere culto distinguit arietinum: *καλεῖται δὲ τὸ ἕτερον αὐτῶν εἶδος κριός*, ubi vetus codex haec addit: *στενόφυλλον, ὑπόλεπτον, δολίχοις* (siliquis) *μακροτέροις καὶ πολυκάρποις.* quem si sequimur, arietinum siliquis longioribus seminibusque pluribus discrepat, praeterea foliis angustioribus tenuioribusque. Plinius nihil simile e communi fonte excerpsit, sed is tertium genus silvestre addit cum Nicandro et Dioscoride, qui has notas eius solus edit: *ὅμοιος τοῖς φύλλοις τῷ ἡμέρῳ, ὀσμῇ δριμύς, τῷ καρπῷ διαφέρων.* De arietino igitur dubitatio nostra nulla ratione explicari et ad liquidum perduci posse videtur. Superest, ut de *ὀροβιαίῳ* videamus, si quid certius possit constitui. Ac primum statim occurrit locus Plinii, ubi post superius posita de cicere verba pergit: *Est et cicercula minuti ciceris inaequalis, angulosi, veluti pisum. Dulcissimum autem id, quod ervo simillimum: firmiusque quod nigrum et rufum quam quod album.* Postrema et superiora ducta sunt e Theophrasto, praeterquam quod is de *ὀροβιαίῳ* dulcedinem non memorat, nisi locus est lacunosus et verba aliquot a libra-

riis omissa sunt. Verumtamen e loco Plinii argumentum non leve duci potest, cicerculam genere ciceris comprehensam fuisse a Romanis: cui accedit superior annotatio, ubi Plinium bis Theophrasti *ἐρέβινθον* cicerculam interpretatum esse docui. Postremo confugio ad locum Columellae 2, 10, 19. quem vereor ut recte olim administrarim Gesneri aliorumque auctoritatem secutus. Editum ibi: *Cicercula, quae piso est similis, mense Ianuario aut Februario seri debet laeto loco, coelo humido — sed raro respondet, quoniam nec siccitates nec austros in flore sustinet, quae utraque incommoda fere eo tempore anni sunt, quo deflorescit.* Hic *cicercula* plane eadem est, quae a Plinio accuratius notata est. Quod ad incommoda floris attinet, pluviam, quam austri afferre solent, ciceri deflorescenti noxiam memorat etiam Theophrastus, non item siccitatem. Hucusque omnia satis bene procedunt. Sed ecce Editiones primae 3 et Codices optimi initio habent *Cicer aut cicercula*: quae scriptura non erat ideo deserenda, quia Palladius 2, 5. solam cicerculam ex isto loco retulit. Cicer autem arietinum et punicum idem 4, 4. iisdem fere verbis retulit et *cicer utrumque* dixit. Cicer id, quod Codices cicerculae iunctum offerunt, si verum est, de vulgari vel vernaculo Italiae intelligi debet: neque enim credibile est, Columellam huius sationem omisisse, quod ipse obiter 9, 1, 8. in leporario cum punico serendum censet. Quod si Codicum auctoritas vana est, et cicer vernaculum tamen a Columella memoratum fuisse statuimus, relinquitur, ut punico hic iunctum arietinum de vernaculo interpretemur. Quod attinet ad cicerculam, quae a Columella piso similis, a Plinio praeterea minuti ciceris, et inaequalis dicitur, et ciceram, quae a Columella 2, 10, 35. hominibus quoque non inutilis, neque sapore iniucunda, et a cicercula colore tantum obsoletiore et nigro propiore (Palladius 4, 6. sordido et nigriore) discerni dicitur, videtur utraque cognationem aliquam cum cicere non solum nominis sed etiam naturae propter amaritudinem habere: atque hinc factum puto, ut Plinius duobus in locis pro cicere cicerculam nominaret. Forma seminis diversa agricolas graecos minime impediit, quominus plantam figura foliorum, caulis, seminisque amaritudine non discrepantem eodem vel simillimo nomine comprehenderent. Pontederae sententiam, qui vernaculis Italiae nominibus eorumque similitudine confisus graeca et romana explicare conatus est, posui in Indice Scriptor. Rei rusticae p. 138.

Ἐρεθισμὸς κνησμώδης Fr. IX, 16.

Ἐρείκη τῶν θαμνωδῶν ἀκρόκαρπος 1, 14, 2. *φύεται, ὅπου ἐρείκη πλείστη* 9, 11, 11. ubi erat *ὅπου περ εἴρηται.* Ericam scopariam sive arboream comparavit Sprengel, arboream praetulit in editione altera, etiam in Dioscoridea 1, 117. ubi *δένδρον θαμνῶδες, ὅμοιον μυρίκῃ, μικρότερον δὲ* dicitur.

Ἐρετρία, ἐν Ἐρ. περὶ τὸ ἄστρον ἡ ῥάφανος βελτίων γίνεται c. pl. 6, 10, 9.

Ἐρευθεδανὸν, Ἐρευθόδανον, τό. Posteriorem scripturam vitiosam esse demonstravi in Lexico Gr. sub voce *Ἐρευθόδανον.* Accentum in ultima syllaba

H.

c. pl. 5, 16, 4. *καλάμοις παριδοῦντες* 4, 15, 2. *καλάμου τοῦ ἐν τοῖς ἕλεσι τῆς Αἰγύπτου τὰ ἄνω ἐδώδιμα· ἔχει δὲ τινα γλυκύτητα καὶ ὁ ἄλλος ἐπὶ τῶν ἄκρων, ἀλλ' ἐπὶ βραχὺ πάντως* c. pl. 6, 11, 12. *τὰ καλαμώδη τὰ ἄνω ξηρὰ ἔχει, τὰ δὲ κάτω ἔνυγρα* c. pl. 6, 11, 11. *χαρακίας* vocatur *ὁ ἰσχυρὸς καὶ παχὺς κάλαμος ἐπὶ τοῖς κώμυσι γινόμενος, πλόκιμος ὁ ἀσθενής, ὁ γινόμενος ἐπὶ τῶν πλοάδων* 4, 11, 1. si quando characias cum musico nascitur, procerior, sed vermiculosus fit *Ibidem*. Genus *αὐλητικὸν* diversum, *τοῦ ἑτέρου ἓν γένος* variat magnitudine et crassitie *Ibidem*. Praeterea alia sunt genera diversa, quae enumerantur 4, 11, 10. *ἡ ῥίζα γονατώδης, πλὴν οὐ πάντων ὁμοίως* 4, 11, 13.

Κάλαμος ὁ πυκνὸς τῇ σαρκὶ καὶ τοῖς γόνασιν, ὁ μανὸς καὶ ὀλιγογόνατος ὁ κοῖλος, ὁ καὶ συριγγίας, οὐδὲν, ὡς εἰπεῖν, ἔχει ξύλου καὶ σαρκὸς, ὁ στερεὸς συμπλήρης μικροῦ 4, 11, 10. *ὁ τοξικὸς, ὁ καὶ Κρητικὸς, ὀλιγογόνατος, σαρκωδέστατος πάντων, μάλιστα κάμψιν δεχόμενος θερμαινόμενος* 4, 11, 11. *ὁ Λακωνικὸς ποικίλος* 4, 11, 12. *ὁ ἐπίγειος ἐπὶ γῆς ἀφίησι τὸν καυλὸν, ὥσπερ ἡ ἄγρωστις* 4, 11, 13. *ὁ ἄῤῥην στερεὸς, καλεῖται ὑπό τινων εἰλετίας Ibidem*, e Codice Urbinate suppletus.

Κάλαμος ὁ Ἰνδικὸς ἐν μεγίστῃ διαφορᾷ καὶ ὥσπερ ἕτερον ὅλως τὸ γένος· ἔστι δ' ὁ μὲν ἄῤῥην στερεὸς, ὁ δὲ θῆλυς κοῖλος — φύονται περὶ τὸν Ἀκεσίνην ποταμὸν 4, 11, 13. ubi lacunam Urbinas supplet et Indico tribuit, quae vulgata aliis generibus. Ad Indicum pertinere videntur verba *μέλιτος γένεσις ἐν τοῖς καλάμοις* Fragm. XVIII. *nota* p. 822. 823. Locum de Indico genere supplevit Codex Urbinas. Cf. *Notae* p. 371 seqq. Marem Sprengel Bambusam arundinaceam, feminam calamum verum Loureiri interpretatur p. 146. ed. sec.

Κάλαμος ὁ εὐώδης ἐν λίμνῃ φύεται ἐν Συρίᾳ 4, 8, 4. *ὁ εὔοσμος* Syriae 9, 7, 1. *ὁ εὔοσμος ἐν Συρίᾳ* c. pl. 6, 18, 1. *ἡ τῶν καλάμων ῥίζα χλωρὰ οὐκ ὄζει, ἀλλ' ἀποξηρανθεῖσα* c. pl. 6, 11, 13. cf. 6, 14, 8. Primum locum ad cyperum rotundum, alterum ad acorum calamum retulit Sprengel p. 60. et 68. ed. sec.

Arundinum genera, uti Theophrastus separavit et descripsit, nemo adhuc recentiorum botanicorum distinxit, sed *αὐλητικὸν* fere cum *δόνακι* confundunt et arundinem donacem L. comparant: *χαρακίαν* cum arundine phragmite, *ἐπίγειον* cum ar. epigeio. *Συριγγίας* Dioscoridis 1, 114. *πολύσαρκος, πυκνογόνατος, εἰς βιβλιογραφίαν ἐπιτήδειος*, plane contrariae naturae, igitur diversus a Theophrasteo, nisi lectio vulgaris fallit. Eum cum saccharo Ravennae comparat Sprengel p. 138. Theophrasteum omisit. Stackhouse nuda nomina generum apposuit in Catalogo latino p. XLII. sed in altero graeco *κάλαμον εὔοσμον* ad acorum calamum retulit.

Καλαμοῦσθαι de frumento, in calamum ire, 8, 2, 4. nam *κάλαμος* est frumenti, leguminum et omnium plantarum semper *γονατώδης*, geniculatus nodis, 8, 3, 2.

Καλαμόφυλλος 1, 10, 5.

Καλλαίοις Fr. 20, 55. ubi *καυλοῖς* editum, *καλέοις* Codex. Vide Cur. sec.

Καλλίας τις Ἀθηναῖος εὗρε τὴν ἐργασίαν τοῦ κιννάβαρι Fr. II, 59.

Καλλικαρπῶ 3, 15, 2. c. pl. 1, 6, 10. 1, 9, 3. 2, 3, 7.

Καλλικαρπία 1, 4, 1.

rere dicantur, ibi intelligi suspicatur Linkius l. c.

Κεγχρώδη, τά, 8. 3, 3.

Κέδριον, mons Cretae 3, 3, 4.

Κεδρόπολις, eius hordeum male olens Fr. 4, 4.

Κεδρὶς, ἡ, frutex 1, 9, 4. *κεδρίδος εὐωδία* 1, 12, 1. ubi de succis: *διαφέρουσι καὶ ταῖς εὐωδίαις, οἷον ἀννήσου, κεδρίδος.* inter *εὐστόμους καρποὺς διὰ δριμύτητά τινα* nominatur: *οἷον κεδρίδος καὶ τερμίνθου καὶ τῶν τοιούτων.* Fructus ipse nunquam *κεδρὶς* dicitur, ut in *κέδρος* monebitur. Superest locus 1, 10, 6. ubi de foliis: *ἀκανθώδες ἐκ τῶν ἄκρων τὸ τῆς πεύκης καὶ πίτυος καὶ ἐλάτης, ἔτι δὲ κέδρου καὶ κεδρίας.* ubi verosimilis est correctio *κεδρίδος.* Sequiores *κεδρίαν* pinus cedri liquorem dixerunt. Video tamen, Stackhousium *κεδρίδα* et *κεδρίαν* juniperum sabinam interpretari, sed in parte posteriore ad Sprengelii interpretationem transiit.

Κέδρος, ἡ, aliqui geminam, Lyciam et Phoeniciam, statuunt, alii simplicem, ut Idae, montis Troiani, incolae, quam similem *ἀρκεύθῳ* faciunt, a qua folio molliore distinguunt, et maiore altitudine 3, 12, 3. ubi omnino scriptura *δοκεῖ δὲ καὶ ὑψηλοφυέστερον εἶναι ἡ ἄρκευθος* restituenda videtur, ne structura verborum cum sententia impedita laboret, quanquam cum Roberto Constantino et Dalecampio contra sentiat Bodaeus. Alii, inquit Theophrastus ibidem, utrumque genus *κέδρον* vocant, alterum tamen nomine aucto *ὀξύκεδρον* appellant. Utrumque *ὀζῶδες, πολυμασχαλον*, materia tortuosa, ita tamen, ut *ἄρκευθος μήτραν* habeat, i. e. ligni interioris medullam laxiorem, quae facile putrescat in arbore caesa, cum cedri materia fere tota corde (*καρδίᾳ*) duro, firmo, rubro, odorato, nec obnoxio putredini constet. Sed de hoc loco postea seorsum videbimus. Sectio 4. addit fructum cedri rutilum (*ξανθόν*), myrti magnitudine, odoratum, suavem gustu; *ἀρκεύθου* vero similem cetera alteri, sed nigrum, austerum et quasi ingustabilem. *Κέδρον ἔχει καὶ τὰ Θρᾴκια ὄρη καὶ τὰ Φρύγια* 4, 5, 2. *ὑγρότης δακρυώδης ἀρκεύθου, κέδρου* 9, 1, 2. species nana *κέδρου* 3, 13, 7. quae videtur dici *κεδρὶς* 1, 9, 4. ubi inter *τὰ θαμνώδη* nominatur: *ἔστι γάρ τι μικρόν, ὃ οὐ δενδροῦται.* Ita censuit etiam Sprengel p. 88. ed. sec. qui *κέδρον* iuniperum lyciam seu phoeniceam, *ὀξύκεδρον* vero iuniperum oxycedrum interpretatur, cum in priore editione *κέδρον* cum iunipero oxycedro et *ἀρκεύθῳ μεγάλῃ* Dioscoridis I, 103. comparasset. Hic scilicet non solum magnitudine distinguit utrumque genus, sed addit etiam: *τοῦ μέντοι καρποῦ ὁ μέν τις κατὰ καρύου ποντικοῦ* (avellanae) *μέγεθος εὑρίσκεται, ὁ δὲ κυάμῳ ἴσος στρογγύλος τε καὶ εὐώδης καὶ γλυκὺς ἐν τῷ διαμασσᾶσθαι καὶ ὑπόπικρος, ἀρκευθὶς καλούμενος.* ubi statim occurrit dubitatio de fructu *ἀρκευθίδι*, de quo eadem fere praedicat Fragmentum Theophrasteum 4, 5. supra sub voce *Ἀρκευθὶς* positum, sed in historia fructus *κέδρου* magnitudine myrti rutilus *εὐώδης, ἡδὺς ἐσθίεσθαι* dicitur. Itaque verba quaedam aut in loco Dioscoridis aut Theophrasti a librariis scriptoribus transposita videntur esse. Praeterea statuendum videtur, utriusque generis fructum *ἀρκευθίδα* vocatum fuisse, ita ut, qui eum distinguere vellent, addito nomine *τῆς ἀρκεύθου μεγάλης*

ἢ μικρᾶς aut *τῆς κέδρου* opus haberent. Nam *κεδρὶς* Theophrasto genus nanum aliquod, non fructus arboris dicitur. Sed obstat locus Dioscoridis I, 105. de pinu cedro: *λέγεται δὲ καὶ ἄλλη κέδρος μικρὰ ἀκανθώδης ὥσπερ ἄρκευθος, καρπὸν φέρουσα μέγεθος μύρτου περιφερῆ* — denique versus finem capitis addit: *κεδρίδες δὲ καλοῦνται οἱ ἐξ αὐτῆς καρποί.* Fructus magnitudo plane convenit cum notitia Theophrastea fructus *κέδρου*: unde suspicari licebit, huic fructui ceteras etiam notas addendas esse, quas alterum caput Dioscoridis fructui minori tribuit; quo facto plane Dioscorides redit in concordiam cum Theophrasto. Quod vero addit Dioscorides, fructum pinus cedri *κεδρίδα* dici, videtur confirmare suspicionem antea positam, fructum *ἀρκεύθου* et *κέδρου* congeneris uno vocabulo *ἀρκευθὶς* significatum fuisse. Supersunt tamen in loco Theophrasti 3, 12, 3, aliae dubitationes nunquam fortasse ob defectum notitiarum explicandae: veluti de gemina cedro Lycia et Phoenicea, quam aliqui statuebant, de quibus aliunde nihil innotuit, nisi *κεδρίδα* Theophrasti huc referre malis. Eadem est dubitatio de *ἀρκεύθῳ μεγάλῃ καὶ μικρᾷ* Dioscoridis, quae si cum iunipero communi comparetur procera et nana, quaeritur, num fructus procerae tantopere magnitudine, sapore et odore a nana discrepet. Translata quidem nomina Lyciae et Phoeniciae video a Linneo ad species aliquas iuniperi, sed temere id factum facile lectores agnoscent. Neque certius est, quod video alios existimasse, quos sequitur Celsius Hierobot. I. p. 82., cedrum Phoeniciam Theophrasti interpretantes pinum cedrum. Video tamen, Stackhousium quoque in hanc opinionem transiisse in Catalogo altero. Omnium gravissima dubitatio est de loco, ubi materies utriusque generis comparatur: *καὶ ἐπεστραμμένα ἔχοντα τὰ ξύλα· μᾶλλον δ' ἡ μὲν ἄρκευθος ἔχει μικρὰν καὶ πυκνήν, καὶ ὅταν κοπῇ, ταχὺ σηπομένην, ἡ δὲ κέδρος τὸ πλεῖστον ἐγκάρδιον καὶ ἀσαπές· ἐρυθροκάρδια δ' ἄμφω· καὶ ἡ μὲν* (*καρδία*) *τῆς κέδρου εὐώδης, ἡ δὲ τῆς ἑτέρας οὔ.* Ita enim Codices scripti omnes, ubi Heinsius fecit *ἄρκευθος· ἔχει δὲ μήτραν καὶ πυκνήν*, secutus quodammodo auctoritatem Roberti et Dalecampii, qui viderunt, deesse nomen aliquod, quo referatur *μικρὰν καὶ πυκνήν*, cui opponatur sequens *ἐγκάρδιον τὸ πλεῖστον καὶ ἀσαπές*. Gazae versio habet: *vel potius iunipero parva spissaque materies.* itaque eandem Codicum scripturam expressit, sed *materiem* addidit, quae nusquam apparet, nec opposito *ἐγκάρδιον* convenit. Itaque *μήτραν* addendum et ipse existimo, ea nempe notione, quam locus hist. 1, 2, 6. in libro Urbinate integrior explicat his verbis: *μήτρα δὲ τὸ μεταξὺ τοῦ ξύλου — καλοῦσι δέ τινες τοῦτο καρδίαν, οἱ δ' ἐντεριώνην· ἔνιοι δὲ τὸ ἐντὸς τῆς μήτρας αὐτῆς καρδίαν, οἱ δὲ μυελόν.* Distinguit igitur *μήτραν* a *καρδίᾳ* scriptor is, a quo Theophrastus notitiam generum iuniperi transtulisse videtur: *ἄρκευθος* extra *καρδίαν* rubram *μήτραν* etiam habet, *πυκνὴν* quidem, molliorem tamen, quam *καρδία* ipsa, et putredini obnoxiam. Accedat postrema notitia *κέ-*

bet nomina sequentia: *Κυνόμαλα, τὰ κοκκύμηλα. Μολτύους, τὰ κοκκύμηλα. Ὀξύμαλα, τὰ κοκκύμηλα.* Diphilus Siphnius Athenaei 3. p. 324. Schw. *Τὰ Περσικὰ λεγόμενα μῆλα, ὑπό τινων δὲ Περσικὰ κοκκύμηλα, μέσως ἐστὶν εὔχυλα, θρεπτικώτερα δὲ τῶν μήλων.* Aristophanes Grammaticus ibidem p. 325. Laeones ait *τὰ κοκκύμηλα* vocare *ὀξύμαλα Περσικά, ἅ τινες ἄδρυα.* Sed Hesychius: *Ἄδρυα — Σικελοὶ ἄδρυα λέγουσι τὰ μῆλα, παρὰ δὲ Ἀττικοῖς ἀκρόδρυα.* Idem: *Ἀμάδρυα, κοκκύμηλα, Σικυώνιοι.* In qua postrema glossa vitium inesse suspiceris e loco Athenaei 2. p. 191. Schw. *Σέλευκος δὲ ἐν Γλώσσαις βράβυλά φησιν, ἦλα, κοκκύμηλα, μάδρυα τὰ αὐτὰ εἶναι· τὰ μὲν μάδρυα οἷον μαλόδρυα — ἦλα δὲ οἷον μῆλα, ὡς Δημήτριος ὁ Ἰξίων λέγει ἐν Ἐτυμολογίᾳ.* Pruna Persica cum Diphilo memoravit quoque Plinius 15. c. 13. sect. 12. *Κοκκύμηλα* dicta equidem non dubito fuisse a flore aut fructu potius maturo. Unus superest locus Theophrasti h. pl. 1, 13, 3. de situ et ortu floris: *σχεδὸν δὲ καὶ τὰ πολλὰ τῶν δένδρων ἐν μέσῳ τὸ περικάρπιον ἔχει, τάχα δὲ καὶ ἐπ᾽ αὐτοῦ τοῦ περικαρπίου, καθάπερ ῥόα, μηλέα, ἄπιος, κοκκυμηλέα, μύῤῥινος καὶ τῶν γε φρυγανικῶν ῥοδωνιά.* quem miror omissum a Bodaeo, qui p. 316. seqq. copiosissime, sed minus accurate, historiam *κοκκυμηλέας* et prunorum enarravit. Quis enim florem in summo malo pruni vidit ut in umbilico mali et piri persistentem? Bodaei dubitationem equidem non curo: is enim aegyptiae *κοκκυμηλέας* notitiam cum graeca confudit. Sprengelius tamen *κοκκυμηλέαν* prunum domesticam, *σποδιάδα* prunum insititiam interpretatus est p. 92., omissa *προύμνη.* Eandem interpretationem repetiit, omissa item *προύμνη,* in altera editione p. 73. Geoponicorum compilator X, 73, 2. nomen *κοκκύμαλα* interpretatur usitatiore sui temporis *Δαμασκηνά,* isque usus aetate Galeni iam invaluit, uti docent loca a Niclasio p. 749. 750. apposita. Suidas vero *εἶδος ὀπωρῶν τὰ παρ᾽ ἡμῖν λεγόμενα βερίκοκκα.* Praecoqua igitur sive Armeniaca mala interpretatur. Denique tacere non licet locum Theophrasti h. pl. 3, 16. *Ὅμοιον δ᾽ ἐστὶ τούτοις* (andrachnae et comaro) *τὸ φύλλον καὶ τὸ τῆς κοκκυμηλέας· τὸ δὲ δένδρον μικρόν· ἴδιον δ᾽ ἔχει τὸ ἐκπαπποῦσθαι τὸν καρπόν.* ubi e Plinio cum viris doctis *κοκκυγέας* scripsi. Codices nihil variant, praeterquam Urbinas *κοκκυμηλίας* habet. De veritate emendationis dubitare coepi, cum interpretationem *κοκκυμηλέας* tam incertam et dubiam esse viderem. Iudicium igitur doctioribus permitto.

Κοκκυμηλέα Αἰγυπτία 4, 2, 10. describitur: prunum Aegyptiacam interpretatur Plinius 13. c. 10. Scaliger et Rob. Constantinus Myrobalanos Emblicos comparant. Bodaeus multa de pruno et vulgari *κοκκυμηλέᾳ* congessit ad h. l.; de Aegyptiaca lectorem incertum dimisit. Sprengelius in utraque editione Historiae posuit: *Πέρσιον,* Cordia myxa, hist. 2, 3. 4, 2. *Κοκκυμηλέα αἰγυπτία,* Cordia Sebestena hist. 4, 3. In recentiore addidit haec: Strabo libro 16. p. 416. ed. Lips. arborem ait in orientali Africae ora haud proval a promontorio Dira crescere. Sed hic locus pertinet ad *περσίαν,* de qua seorsim di-

cetur. Hanc cum Schrebero ad Cordiam Myxam Lin. vir doctissimus retulit. Quod ad Cordiam Sebestenam attinet, iam olim viri docti, quos sequitur Bodaeus p. 317., myxam Plinii aegyptiacam cum Cordia Sebestena compararunt. Plinius libri 15. c. 13. ubi de prunis Damascenis Syriae: *Simul dici possunt populares eorum myxae, quae et ipsae nunc coeperunt Romae nasci insitae sorbis.* Subiicit deinde de Persea: *quae in totum alia est, myxis rubentibus similis, nec extra Orientem nasci voluit.* Idem 13. c. 5. de Syriae peculiaribus arboribus: *Item pruna in Damasco monte nata et myxa: utramque iam familiarem Italiae. Ex myxis in Aegypto et vina fiunt.* Tertium nominat myxas libri 17. c. 10. Palladius Februarii c. 25. sect. 32. myxam inserere docet, ubi in annotatione p. 101. posui locum Pauli Aeginetae libro 7. repetitum in Lexico iatrico a Salmasio comparato: *Μύξα καὶ τὰ μυξάρια δένδρου καρπός ἐστι, μικρότερος μὲν κοκκυμήλων, δυνάμει δὲ παραπλήσιος.* Sed antiquior locus est Diodori Siculi 1, 34. *τὰ δὲ βάτα καλούμενα μυξάρια συνάγεται μὲν κατὰ τὴν ἀποχώρησιν τοῦ ποταμοῦ, διὰ δὲ τὴν γλυκύτητα τῆς φύσεως αὐτῶν ἐν τραγήματος μέρει καταναλίσκεται.* Myxas has fructum Perseae interpretatus est cum Schrebero Sprengelius in priore Historiae editione, sed in altera interpretationem istam omisit. Myxas rubentes equidem aliis enarrandas relinquo et indicandas, ad prunorum genus an alio pertineant. Nunc de Cordia Sebestena videamus, quam nuperrime demum in Aegypto visam accurate descripsit et pinxit Gallus *Delile* in Descriptione Aegypti Parte II. Tomi II. p. 191. Tab. 19. ubi Cordiam Myxiam Aegypti vernaculam, alteramque crenatam cognatam, Aegypti incolam, in Tabula 20. pictam distinxit a Cordia Sebestena insulas Antillas nominatas habitante. Arborem ait esse altam pedes triginta, crassitudine fere pedali, cortice cinereo, per longitudinem fissuris aspero, foliis cum aetate et anni tempore formam primum oblongam denticulatam mutantibus in fere orbicularem acumine terminatam, ceterum integro aut leviter sinuato margine. Flores odoratissimi mense Maio prodeunt corymbosi, staminibus tubo corollae insertis: fructus seu drupae ovalis, mucronati, longi 9 ad 11 lineas, colore pallido aut albo, caro viscosa continet nucleum lenticularem oblongum, extremitate utraque excavata. Folia hieme permanent, sed mense Maio cum flore nova prodeunt. Fructus maturi aestate venduntur et comeduntur interdum, gustu tamen Gallo minus commendabiles visi propter succum viscosum, unde visci genus confectum olim a mercatoribus Venetis sub nomine visci Alexandrini importatum Europae vendebatur. Non dubitavit Gallus *μύξαν* et *μυξάρια* graeca cum hoc fructu comparare, sed *κοκκυμηλέα* Theophrasti abstinuit, cuius fructus, cum circa brumam maturetur, plane alienus ab hoc genere esse videtur. Mespili comparationem persequi ob dubitationem de genere mespili Theophrasteae non licet.

Κόκκυξ in nido ὑπολαΐδος ova ponit c. pl. 2, 17, 9.

Κόλαβος, κολύβων δένδρων erat 5, 9, 2.

ea videbimus. Quanquam disputatio de cotino valde difficilis et nominum varietate perplexa et obscura est, ita ut vix locus sit spei, fore unquam, ut ad liquidum perducatur. Locus Pausaniae 2, 32, 9. dubitationem hanc auget, ubi de ῥάχῳ, id est cotino στρεπτῷ, Troezeniorum refert, cui habenae curriculi Hippolyti implicatae haesisse et aurigam excussisse dicebantur. Is enim addit: ῥάχους μὲν δὴ καλοῦσι Τροιζήνιοι πᾶν ὅσον ἄκαρπον ἐλαίας, κότινον καὶ φυλίαν καὶ ἔλαιον. Postremum nomen ad ἀγριέλαιον referendum videtur: quem una cum φυλίῃ, ab Homero Odysseae 5, 477. dicta, et cotino ad genus oleae Pausanias refert. Auctor Odysseae Ulyssem narrat subiisse frutices ex eodem loco enatos, (θάμνους) ἐξ ὁμόθεν πεφυῶτας· ὁ μὲν φυλίης, ὁ δ' ἐλαίης. ubi glossa Hesychii in Φυλίη interpretatur εἶδος ἀγριελαίας, addit, alios genus fici, nonnullos arboris πρίνῳ similis interpretari. Apollonii Lexicon Heliodorum ait φυλίην genus oleae, Apionem contra simpliciter genus arboris interpretari; addit, oleam silvestrem φυλίαν vocari traditum esse. Scholion Mediolanense: εἶδος ἐλαίας μυῤῥίνης ὅμοια φύλλα ἐχούσης· οἱ δὲ τὸν ἀγριέλαιον λέγουσιν. Vides, φυλίαν definiri non posse. Sed sono vicina φαυλία ab Etymol. M. ἡ κότινος (sexu foemineo) καὶ ἁπλῶς εἶδος ἐλαίας, ῥητορικῇ, explicatur. Quae eadem habet Photius et Suidas, sede tamen glossae, id est vocabulo postremo, omissa; quam si notam haberemus, liceret definire, num vere scriptor aliquis φαυλίαν de genere arboris usurparit, an potius orator, ut Theophrastus, de fructu cotini insiti dixerit, ut sunt μῆλα φαύλια, quae Grammatici τὰ μεγάλα interpretantur, ut sunt ἐλαῖαι φαύλιαι magnae volumine carnis. Superest de ἀγριελαίῳ ut videamus, idemne an diversus a κοτίνῳ sit dicendus. Posterior opinio vera videtur, si consideramus verba Theophrasti h. pl. 2, 2, 5. φύεται δὲ καὶ ἐκ τῶν τῆς ἐλαίας πυρήνων ἀγριέλαιος: qui hoc uno in loco ἀγριέλαιον, multis vero κότινον nominavit. Est tamen cautio adhibenda etiam in hoc nomine, ne fallamur; quoniam exempla habemus stirpium, quas Theophrastus, diversorum, ut videtur, scriptorum auctoritatem secutus, diversis nominibus significavit. Nunc ad cotinum Olympiacum pervenimus a Theophrasto memoratum inter vetustissimarum arborum exempla. De hoc Pausanias 5, 15, 3. κατὰ τὸν ὀπισθόδομον μάλιστά ἐστιν ἐν δεξιᾷ πεφυκὼς κότινος· καλεῖται δὲ ἐλαία καλλιστέφανος, καὶ τοῖς νικῶσι τὰ Ὀλύμπια καθέστηκεν ἀπ' αὐτῆς δίδοσθαι τοὺς στεφάνους. Oleam Pindarus Olymp. 23. nominavit (ἐλαίας γλαυκόχροα κόσμον) eamque ex Hyperboreis ab Hercule allatam et Olympiae in campo plantatam narrat. ἐλαίαν Πισᾶτιν Ol. 4, 19. Ὀλυμπιάδα dixit Nem. 1, 26. De hoc cotino memorabilis est locus in Mirabil. Narrationibus c. 52. Ἐν τῷ Πανθείῳ ἐστὶν ἐλαία, καλεῖται δὲ καλλιστέφανος· ταύτης δὲ πάντα τὰ φύλλα ταῖς λοιπαῖς ἐναντία πέφυκεν· ἔξω γὰρ, ἀλλ' οὐκ ἐντὸς ἔχει τὰ χλωρά· ἀφίησί τε τοὺς πτόρθους, ὥσπερ ἡ μύρτος, εἰς τοὺς στεφάνους συμμέτρως. ἀπὸ ταύτης δὲ φυτὸν λαβὼν ὁ Ἡρακλῆς ἐφύτευσεν Ὀλυμπιάσιν, ἀφ' ἧς οἱ στέφανοι τοῖς ἀθληταῖς δί-

δονται. quem locum integriorem legit et exscripsit auctor scholii ad Aristophanis Plutum v. 536. quod transtulit Suidas in Lexicon sub voc. Κοτίνου στεφάνῳ. Varietatem insignem codicis Parisiensis in Scholio annotavit Bast in Appendice editionis Schaeferianae p. 534. Pro Πανθείῳ, quod nomen vitiosum putant interpretes plerique omnes, Codex Paris. Πανσταθίῳ habet, unde Paschalius duxisse videtur scripturam Πανστηθίῳ in libro de coronis positam. Deinceps rectius Scholiastes et Suidas scriptum habent: ταύτῃ δὲ ἔμπαλιν τὰ φύλλα ταῖς λοιπαῖς ἐλαίαις πέφυκε· ἔξω γὰρ οὐκ ἐντὸς τῶν φύλλων ἔχει τὸ λευκόν. Color candicans paginae superioris foliorum facit cotinum diversum a reliquis oleae speciebus. Hanc proprietatem secutus Gallus Camus coniecit, intelligi elaeagnum angustifolium vel orientalem, cuius folia superne misto viriditati colore argenteo candicant. Is commentationem scribere coeperat in librum Aristoteli vulgo adscriptum Mirabilium Narrationum, cuius principium exhibent Academiae Parisiensis *Mémoires de l'Institut national — Litterature et Beaux Arts* Tom. II. ubi p. 231. coniecturam proposuit eam, in quam incidit quoque C. Sprengel. Sed video nunc, eandem opinionem fuisse Bodaeo, ubi locum Theophrasti h. pl. 1, 10, 2. interpretatur hunc: πάντα τὰ φύλλα διαφέρει κατὰ τὰ ὕπτια καὶ τὰ πρανῆ· καὶ τῶν μὲν ἄλλων τὰ ὕπτια ποωδέστερα καὶ λειότερα — τῆς ἐλαίας δὲ λευκότερα καὶ ἧττον λεῖα. cum quo sentit Io. Beckmann ad Mirab. Narrat. p. 126, in eo tantum consentiens, ut putet, cotinum Olympiacum seu oleam callistephanum a Theophrasto intelligi. Cui opinioni quae olim ipse opposui in annotatione p. 55., me nunc non admodum movent, postquam mihi ex diuturna historiae Theophrasteae lectione et consideratione plane constitit, philosophum Eresium historiam suam fere totam e collectis scriptorum antecedentium annotationibus atque opinionibus composuisse: ubi facile potuit accidere, ut, quae de olea callistephano Olympiaca annotata reperisset, ad totum genus oleae transferret. Potest etiam fieri, ut verbum unum alterumve exciderit, quo exceptio ad speciem Olympiacam oleae referebatur. Restat, ut de nomine suspecto Πανθείῳ videamus, cui varias coniecturas substituere viri docti conati sunt, quas partim annotatio p. 55. enarravit. Sed scripturam confirmat scholion Codicis egregii Vratislaviensis Pindari ad Olymp. 3, 60. publicatum nunc a Boeckhio p. 102. τὸ Πάνθειον, ἐν ᾧ πεφύτευται ἡ ἐλαία, ἧν δρέπει ἀμφιθαλὴς παῖς χρυσῷ δρεπάνῳ, κλάδους ιζ' τέμνων, ὅσα καὶ τὰ ἀγωνίσματα. Codex ipse Πάνθιον scriptum exhibet hic et ad Ol. 8, 12. ubi interpretatur verba ὦ Πίσας εὔδενδρον ἐπ' Ἀλφεῷ ἄλσος ita: πρὸς αὐτὸ τὸ τῆς Πίσης ἄλσος διαλέγεται ἢ πρὸς τὸ Πάνθιον, ὅπου αἱ ἐλαῖαι φύονται, ἢ πρὸς τὸν τόπον, ὅπου οἱ ἀνδριάντες τῶν νικησάντων ἀνάκεινται. Superest igitur, ut nomen Ilissi fluvii mutetur in Elissonta, quem in Alpheum influere testatur Pausanias Eliac. I. c. 7. Ut locum Panthei e notitia Mirabilium Narrationum definiamus, desideratur accurata designatio loci, ubi Elisson influit in Alpheum: quem definierat olim Pausa-

δονται. quem locum integriorem legit et exscripsit auctor scholii ad Aristophanis Plutum v. 536. quod transtulit Suidas in Lexicon sub voc. *Κοτίνου στεφάνῳ*. Varietatem insignem codicis Parisiensis in Scholio annotavit Bast in Appendice editionis Schaeferianae p. 534. Pro *Πανθείῳ*, quod nomen vitiosum putant interpretes plerique omnes, Codex Paris. *Πανσταθίῳ* habet, unde Paschalius duxisse videtur scripturam *Πανστηθίῳ* in libro de coronis positam. Deinceps rectius Scholiastes et Suidas scriptum habent: *ταύτῃ δὲ ἔμπαλιν τὰ φύλλα ταῖς λοιπαῖς ἐλαίαις πέφυκε· ἔξω γὰρ οὐκ ἐντὸς τῶν φύλλων ἔχει τὸ λευκόν*. Color candicans paginae superioris foliorum facit cotinum diversum a reliquis oleae speciebus. Hanc proprietatem secutus Gallus Camus coniecit, intelligi elaeagnum angustifolium vel orientalem, cuius folia superne misto viriditati colore argenteo candicant. Is commentationem scribere coeperat in librum Aristoteli vulgo adscriptum Mirabilium Narrationum, cuius principium exhibent Academiae Parisiensis *Mémoires de l'Institut national — Litterature et Beaux Arts* Tom. II. ubi p. 231. coniecturam proposuit eam, in quam incidit quoque C. Sprengel. Sed video nunc, eandem opinionem fuisse Bodaeo, ubi locum Theophrasti h. pl. 1, 10, 2. interpretatur hunc: *πάντα τὰ φύλλα διαφέρει κατὰ τὰ ὕπτια καὶ τὰ πρανῆ· καὶ τῶν μὲν ἄλλων τὰ ὕπτια ποωδέστερα καὶ λειότερα — τῆς ἐλαίας δὲ λευκότερα καὶ ἧττον λεῖα*. cum quo sentit Io. Beckmann ad Mirab. Narrat. p. 426, in eo tantum consentiens, ut putet, cotinum Olympiacum seu oleam callistephanum a Theophrasto intelligi. Cui opinioni quae olim ipse opposui in annotatione p. 55., me nunc non admodum movent, postquam mihi ex diuturna historiae Theophrasteae lectione et consideratione plane constitit, philosophum Eresium historiam suam fere totam e collectis scriptorum antecedentium annotationibus atque opinionibus composuisse: ubi facile potuit accidere, ut, quae de olea callistephano Olympiaca annotata reperisset, ad totum genus oleae transferret. Potest etiam fieri, ut verbum unum alterumve exciderit, quo exceptio ad speciem Olympiacam oleae referebatur. Restat, ut de nomine suspecto *Πανθείῳ* videamus, cui varias coniecturas substituere viri docti conati sunt, quas partim annotatio p. 55. enarravit. Sed scripturam confirmat scholion Codicis egregii Vratislaviensis Pindari ad Olymp. 3, 60. publicatum nunc a Boeckhio p. 102. *τὸ Πάνθειον, ἐν ᾧ πεφύτευται ἡ ἐλαία, ἧν δρέπει ἀμφιθαλὴς παῖς χρυσῷ δρεπάνῳ, κλάδους ιζ' τέμνων, ὅσα καὶ τὰ ἀγωνίσματα*. Codex ipse *Πάνθιον* scriptum exhibet hic et ad Ol. 8, 12. ubi interpretatur verba *ὦ Πίσας εὔδενδρον ἐπ' Ἀλφεῷ ἄλσος* ita: *πρὸς αὐτὸ τὸ τῆς Πίσης ἄλσος διαλέγεται ἢ πρὸς τὸ Πάνθιον, ὅπου αἱ ἐλαῖαι φύονται, ἢ πρὸς τὸν τόπον, ὅπου οἱ ἀνδριάντες τῶν νικησάντων ἀνάκεινται*. Superest igitur, ut nomen Ilissi fluvii mutetur in Elissonta, quem in Alpheum influere testatur Pausanias Eliac. I. c. 7. Ut locum Panthei e notitia Mirabilium Narrationum definiamus, desideratur accurata designatio loci, ubi Elisson influit in Alpheum: quem definierat olim Pausa-

Λ.

νας 9, 11, 9. μήκωνες αἱ ἄγριαι πλείους, ἡ μὲν κερατῖτις καλουμένη, ἡ δὲ μέλαινα· ταύτης τὸ φύλλον ὡς φλόμου τῆς μελαίνης, ἧττον δὲ μέλαν. caulis altitudo cubitalis, radix brevis superficialis, fructus cornu instar inflexus. Circa tritici messem colligitur ad alvum purgandam et cet. 9, 12; 3. Cum Codex praestantissimus Urbinas cum Mediceis post καλουμένη verba ἡ δὲ omittat, nec Dioscorides genus nigrum a reliquis distinxerit, assentior nunc Dalecampio (Vide Annott. p. 781.) aut potius auctoritate Codicum ἡ δὲ omittenda censeo, quanquam video, alteram editionem Historiae R. H. Sprengelii μέλαιναν ad Glaucium luteum, κερατῖτιν ad phoeniceum referre. Stackhouse, omissa μελαίνῃ, refert κερατῖτιν ad chelidonium corniculatum.

Μήκων ῥοιάς, similis cichorio silvestri, flore rubro, capitulo seminali unguis digitalis magnitudine, inter hordea nascitur, paulo viridior colligitur, alvum inferiorem purgat 9, 12, 4. *Annot.* p. 783. In papavere rhoeade comparando viri docti consentiunt.

Μήκων ἡρακλεία, Dioscoridis ἀφρώδης, describitur 9, 12, 5. cum quo loco plane consentit Dioscoridis locus 4, 67. Cf. Annot. p. 783. 784. Sprengel in altera editione p. 149. Silenen inflatam Smithii comparavit; Centauream aliquam intelligi suspicabatur Stackhouse.

Μηκωνικὰ σπερμάτια 9, 20, 1.

Μηκώνιον, τιθυμάλλου ἢ μηκωνίου, ἀμφοτέρως γὰρ καλοῦσι 9, 8, 2. Hippocrates de victus ratione in acutis morbis p. 407. τὸ μηκώνιον τὸ ἀπὸ τῶν κοπρίων collectum servari iubet, quem locum male interpretatur Foesius. Cf. Heringa Observ. Crit. p. 209.

